



BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
6
9
NAPOLI

17

2-6

Race. Vill. 9

S T A T U T I

DEL SACRO

IMPERIAL ORDINE CAVALLERESCO

E DELL'INCLITA

RELIGIONE ANGELICA, AURATA

C O S T A N T I N I A N A

R I C O M P I L A T I

PER ORDINE DI SUA ALTEZZA SERENISSIMA

F R A N C E S C O F A R N E S E

DUCA DI PARMA, E PIACENZA ec.

~~CONFALONIERE PERPETUO DELL'ORDINE~~ SANTA ROMANA CHIESA.

PRINCIPE RELIGIOSISSIMO, E GRAN MAESTRO

NELL'ANNO DELLA COMUN SALVEZZA MDCCV.



IN NAPOLI MDCCLXXXV.
NELLA STAMPERIA REALE.

FRANCISCUS FARNESIUS *Parmæ, Placentiæ &c. Dux, S. R. E. Vexillifer perpetuus, Sacri Imperialis Ordinis Equestris, & Inclitæ Religionis Militaris, Angelicæ, Aureatæ, Constantinianæ S. Georgii, sub Regula S. Basilii, Princeps, Magnus Magister.*



Bi primum inscrutabili æternæ mentis consilio, quo ab ipsis mundi primordiis universa pariter, & singula providentissime gubernantur, factum est, ut Sacri Imperialis Ordinis, & Inclitæ Religionis Militaris, Angelicæ, Aureatæ, Constantinianæ Sancti Georgii supremus Magistratus ab Imperatoria stirpe Angela Flavia Comnena, in qua per plura sæcula ad hæc usque tempora viguit, sanctæ mem. Innocentii XII. P. M. benigne annuente auctoritate, ad nos, Gentemque nostram Farnesiam transferretur, nihil sane potius in votis habuimus, quam ut eundem Ordinem in veterem dignitatem, atque splendorem, e quo cecidisse videbatur, restituere pro viribus conaremur.

Obversabatur in primis animo nedium antiquitas, & claritudo, verum etiam non humano excogitata iudicio, sed a Cælo ipso fausta prod-

FRANCESCO FARNESE, Duca di Parma, e Piacenza ec. Perpetuo Gonfaloniere della Santa Romana Chiesa, Principe, Gran Maestro del Sacro Imperial Ordine de' Cavalieri dell' Inclita Religion Militare, Angelica, Aurata, Costantiniana di S. Giorgio, formata sulla Regola di S. Basilio.



A che primamente avvenne per imperscrutabile consiglio dell' eterna Mente, dalla quale da' cominciamenti del mondo le cose generali, e le particolari con somma providenza vengono governate, che il ~~Casa~~ ~~Maestoso~~ dell' Inclita Religion Militare, Angelica, Aurata, Costantiniana di S. Giorgio dall' Imperial Casa Angela Flavia Comnena, nella quale per più secoli infino a questi tempi si mantenne, per benigna disposizione della santa memoria d' Innocenzo Duodecimo Pontefice Massimo, venisse trasferito alla nostra persona, ed alla nostra Famiglia Farnese, niun' altra cosa maggiormente desiderammo, se non di rendere con tutto lo sforzo possibile all' Ordine anzidetto l' antica dignità, e l' prima splendore, dal quale ci sembrava essere omai decaduto.

Ci si faceva in prima innanzi all' animo non che l' antichità, e lo splendore dell' Ordine, ma altresì l' istituzione sua non per umano consiglio in-

A 2

ven-

digiorum novitate proposita, ac promodum imperata ejusdem Ordinis Institutio. Anno siquidem a Christi Domini ortu CCCXII., ut insignes Scriptores litterarum monumentis prodidere (1), cum Constantinus Magnus contra Maxentium Reipublicæ hostem militaribus copiis superiorem conficturus acri sollicitudine angeretur ob dubium exitum pugnae committendæ, divinumque præsidium, ut ea sibi ex voto cederet, anxius precibus flagitaret, cælesti ac plane mirabili visione victoriam sibi annunciari promeruit; pomeridiano enim tempore splendidam Augustissimæ Crucis speciem in ipso Cælo figuratam manifesto oculis aspexit, quam sequens inscriptio decorabat: *In hoc signo vinces: eademque verba Angelicæ vocibus repeti palam audit.* Ingens admiratio tam Constantinum, quam ejus exercitum hujus prodigii spectatores incescit. Sed cum adhuc Imperator de ostensi interpretatione dubitaret (2), dormienti Christus apparuit, eique præcepit, ut Signi sibi de Cælo ostensi fabrefacta figura se, ac milites muniret, eoque tamquam firmissimo præsidio in prælio cum hostibus ineundo uteretur; divino mandato illuc obtemperans Con-

Ran-

dar la bauaglia a' nemici s'avvalesse; al divino comando subitamente ubbidendo

ventata, ma dal Cielo stesso proposta, e poco men, che comandata con non ordinarj e fausti prodigj. Poichè nell'anno 312. dopo la Natività di Cristo Signore, siccome celebri Scrittori ne monumenti de' loro libri hanno lasciato scritto (1), in atto che Costantino Magno dovendo combattere contra Massenzio, nemico dello Stato, ed a lui in forte superiore, veniva da molti pensieri affannato per lo dubbioso evento della vicina pugna, e con sollecite preci il divino soccorso chiedea, acciocchè favorevole a lui riuscisse il combattimento; ottenne, che certa vittoria annunciata gli fosse per mezzo di celeste, ed all'istinto meravigliosa visione. Poichè dopo il metodo ad occhi veggenti mirò nel Cielo stesso dipinta una luminosa immagine dell'augustissima Croce, nella quale vi si leggeva sì fatta iscrizione: In questo Segno vincerai: E queste medesime parole udì da Angeliche voci chiaramente ripetersi. Da meraviglia estrema non solo Costantino venne sorpreso, ma ben anche il suo esercito d'un tal prodigio spettatore. E dubitando ancor l'Imperadore qual cosa volesse quel tal prodigio significare, gli comparve in auto, che dormiva, Cristo (2), e gl'impose, che facendo lavorare un' immagine simile al Segno apparso nel Cielo, premunisse se, e i suoi soldati di quella; e della medesima, come di valevolissimo soccorso, in

(1) Eusebio *Panfil. Cesar.* nel lib. IX. cap. IX. della Storia Ecclesiastica, e nel lib. I. cap. XXII. della Vita di Costantino, e nell'orazioni di lode di Costantino, il quale Eusebio afferma, ed attesta di averlo udito *ex ore* dell'Imperatore.

(2) Euseb. nella Vita di Costanti. lib. I. cap. XXIII. ed altri Scrittori di sopra citati.

stantinus (3), cum primum dies illuxit Crucem juxta conspecti Archetypi exemplar formatam, auroque, & geminis distinctam Imperiali Labaro, quod omnis exercitus adorare confueverat, imposuit, eodemque symbolo se (4), & milites exornavit: hæc autem fuere Constantinianæ militiæ primordia, quæ propterea non humano consilio, sed divinis auspiciis, Deoque ipso palam auctore condita merito perhibetur.

Porro (5) sanctissimo Crucis signo munitus Constantinianus exercitus adeo strenue, & prospere cum Maxentio pugnavit, ut militares copias ejus penitus deleverit, & ipse Tyrannus e Ponte Milvio in profluentem Tyberim delapsus submersus sit: Quæ insignis victoria parata Imperator equestrem, ac triumphalem statuum salutare (6) Crucis symbolum manu gestantem celebri Urbis loco sibi erigendam curavit, subjecta epigraphæ: Hoc salutari signo, vero fortitudinis indicio, Civitatem vestram tyrannidis jugo liberavi, & Senatui Populumque Romanum in libertatem vindicans pristinae amplitudini, ac splendori restitui.

Se

Quin-

dendo Costantino (3), *costo che il giorno rischiarò il mondo, affisse sul Labaro Imperiale, il quale tutto l'esercito costumava adorare, la Croce formata tutta simile al modello osservato nel Cielo, e di oro, e di gemme arricchita, e di quella insegnasse, e suoi soldati fregiò (4): Tali, e sì fatti furono i felici cominciamenti della Costantiniana milizia, la quale per sì fatte ragioni meritevolmente diceasi di essere stata istituita non per umano consiglio, ma per divini principj, essendone suor d'ogni dubbio Iddio stesso l'autore.*

Essendosi inoltre l'esercito di Costantino (5) del santissimo segno della Croce premunito, sì valorosamente, e con tal prosperità combattè contro di Massenzio, che dell'intruso distrusse le truppe di quello, ed il Tiranno stesso dal ponte Milvio caduto nel Tevere vi restò sommerso. La qual insigne vittoria avendo l'Imperatore ottenuta, fece in pubblico luogo della Città di Roma innalzare una statua equestre trionfale (6), la quale portava nella mano il salutare segno della Croce, ed avea nel suo piedistallo questa iscrizione: Con questo salutare segno, verace indizio di valore, liberando dal giogo della tirannide la vostra Città, e mettendo in libertà il Senato, e'l popolo Romano, gli resi l'antica grandezza, e'l pristino splendore:

(3) Euseb. *Istor. Eccl.* lib. IX. cap. IX., e nella vita di *Constant.* lib. I. cap. XXIV. e XXV. Socrate, Sozomeno, ed Aurelio Cassiodoro sopra citati: Niceforo Callisto, che vide egli medesimo il Labaro, come di sopra, e Giusto Lipsio *de Cruce* lib. III. cap. XV., il Cardinal Baronio &c.

(4) Euseb. *Istor. Eccl.* lib. IV. cap. IX., e nella vita di *Constant.* lib. I. cap. XXV., e lib. IV. cap. XXI. di più nelle Orazioni di lode *fol. 464.* Anselmo Prudenzone nel poema contro di Simmaco. Aurelio Cassiodoro *lib. I. cap. IX.* Niceforo Callisto *Istor. Eccl.* lib. VII. cap. IV. Giusto Lipsio *de Cruce* lib. III. cap. XVI. Giovanni Nauclero nelle *Cronache* al Tom. 2. *fol. 36.*

(5) Tutti i Scrittori di sopra citati.

(6) Euseb. *Istor. Eccl.* lib. 9. cap. 9. Niceforo Callisto *Istor. Eccl.* lib. VII. cap. XXX. Gio: Nauclero: il Cardinal Baronio negli *Annali Ecclesiastici*, e Giusto Lipsio nel luogo citato.

Senatus deinde, Populusque Romanus, ut illustre ederet grati animi monumentum erga Constantinum, cuius ope se in libertatem assertum, ingentique formidine liberatum jure profitebatur (7), arcum triumphalem, qui adhuc Romæ conspicitur, Imperatori erexit, dicavitque, adjecta sequenti inscriptione:

IMP. CES. CONSTANTINO
MAXIMO P. F. AVGVSTO

S. P. Q. R.

Quod instinctu divinitatis mentis magnitudine cum exercitu suo tam de tyranno, quam de omni ejus factione uno tempore justis Rempublicam ultus est armis, arcum triumphis insignem dicavit.

Quæ quidem inscriptio, etsi ab ethnicis composita, adhuc non obscure miraculum, & Crucis apparitionem Constantino factam comprobabat, cum victoriam de hoste reportatam fuisse instinctu divinitatis assermet.

Ceterum ex mirabili hac augustissimæ Crucis ostensione tantum in eam affectum cultumque Imperator concepit, ut Labari in bellicis expeditionibus ferendi quinquaginta fortissimis viris, & militari disciplina præstantibus perpetuam curam mandaverit (8), & sicuti in prælio pars aliqua exercitus periclitari videretur, illuc

Quindi il Senato, e'l Popolo Romano, per dimostrare un chiaro monumento d'animo grato verso Costantino, per opera del quale riconosceva di aver riacquislata la libertà (7), innalzò e consagrò all'Imperator sudetto un arco trionfale, che fino al presente si vede in Roma, colla seguente iscrizione:

ALL'IMPERADOR CESARE COSTANTINO
MASSIMO P. F. AVGVSTO

IL SENATO, E' L POPOLO ROMANO.

Dappoichè per istinto della divinità, colla grandezza del suo animo, in giusta guerra, alla testa del suo esercito ha vendicata la Repubblica così del Tiranno, come dell' intero partito di quello, quest' arco de' suoi trionfi ornato gli ha dedicato.

La quale iscrizione per verità, benchè da ~~adulanti~~ composta, pur tuttavia troppo chiaramente comprova il miracolo, e la comparsa della Croce a Costantino, menue che afferma, che la vittoria dal nemico sia stata da Costantino per istinto della divinità riportata.

Del resto da questa meravigliosa apparizione dell' augustissima Croce cotanto affetto, e culto verso di quella concepì l'Imperatore, che a cinquanta valorosissimi uomini, e nella militar disciplina periti, diè per sempre l'incarico (8), di portar in qualsivisi militare spedizione la sacra bandiera, e se per avventura in battaglia una qualche parte

(7) Card. Baron. *Annal. Eccl. rom.* 3. Nortman Schalek *Croniche Norimberg.* in *Costant.* Giovanni Cuspin. *de Cesarib. in Constant.* Gio: Maria Donardo *Lume del Nuovo, e Vecchio Testam.* Giacomo Dof. *de Cruce tri-imp.* lib. 6. fol. 720.

(8) Euseb. nella *Vita di Constant.* lib. 2. cap. 8. Sozomeno *Istor. Eccl.* lib. 1. cap. 4. Aurelio Cassiodoro *Istor. Eccl.* riparata cap. 5. Nella legge del Codice *de præpositis Labaro*, Nicetoro Callisto *Istor. Eccl.* lib. 6. cap. 127. Baronio *Ann. Eccl.*

*Il*luc triumphale illud vexillum, tamquam certum ad victoriam obtinendam subsidium, importabat, felici plerumque successu. Hos autem quinquaginta lectissimos viros Labari tutelae destinatos, qui Constantinianae militiae Proceres, ac Optimates fuerunt, nedum Constantinus, verum etiam alii secuti Imperatores multis ornarunt privilegiis, eosque Consularium, ac Senatorum nomine honorarunt (9). Eorumdem postmodum quinquaginta Procerum loco succedere totidem Magnae Crucis Equites, qui nunc ceteris huic nobilissimae militiae adscriptis dignitate, ac ordine antecellunt (10).

Adeo premela^{re} origini ac institutioni accessisse fertur auctoritas Pontificis Sylvestri, Caelumque ipsum visum est eam novis usque salutaris signi ostensionibus comprobare (11). Enimvero altera subinde Constantino reluxit in bello adversus Byzantinos suscepto, quos eadem Cruce signata militia prospere subegit; pluresque alias aliis expeditionibus apparitiones ad victoriae certitudinem obtinuisse constans est traditio Scriptorum (12). Quamobrem Imperatori tot signa ad Crucis cultum, & Cruce signatae militiae dignitatem am-

te del suo esercito piegar vedea, di subito colla conducea quel trionfale segno, come certo soccorso per ottenere vittoria; e ciò bene spesso con felice avvenimento fu fatto. Ne Costantino solo, ma ben anche gli altri Imperatori, che vennero d'appresso, di molti privilegi onorarono gli antedetti cinquanta destinati alla custodia della bandiera, i quali furono i primi, ed i più stimati nella Costantiniana militia, i quali ancora furono del nome di Consolari, e Senatori fregiati (9). E di poi in luogo degli antedetti cinquanta Grandi vennero surrogati altrettanti Cavalieri detti della Gran Croce, i quali al presente per dignità, e per grado avanzano gli altri tutti, che a questa nobilissima militia sono ascritti (10).

A così chiara origine, ed istituzione si aggiunse, come narrasi, l'autorità del Pontefice Silvestro, e'l Cielo istesso con sempre nuove apparizioni del salutare Segno sembrò comprovarla (11). In fatti dopo la prima un'altra apparizione della Croce agli occhi di Costantino risplendè nella guerra contro i Bizantini, i quali coll'istesso esercito Croce-segnato felicemente domò; ed è costante tradizione de' Scrittori, che in diverse spedizioni, parecchie altre simili apparizioni egli avesse in segno sicuro della vittoria (12). Per la qual cosa l'Imperador animato da tanti prodigi

(9) Codice Teodosiano lib. 6. tit. 25. de praepositis Labori, e nella leg. univ. del Codice Giustiniano lib. 12. tit. 18. de praepos. Labori.

(10) Regola de' Cavalieri di S. Giorgio impressa in Costantinop. nell'an. 1190. per ordine d'Isacco Imp. Il Diploma d'Isacco Imp. dato fuori a' 13. Settembre an. 1191.

(11) Lorenzo Finichiaro lib. iiii. Le glorie del gran Martire S. Giorgio §. 2. Gio: Caramuel, Trov. regole no. 2. diffusi.

(12) Eusebio nella Vita di Costantino.

amplificandam excitato sollemne fuit post relatas de hoste victorias, in præcipuis celebratibus digniores milites honorificato ritu in Constantinianum hunc Ordinem cooptare (13). Cujus rei præter alia testimonia luculentam diu præbuit fidem lapideum Romæ (14) monumentum sculptis affabre imaginibus factum exprimens, & illud apposita sequenti inscriptione confirmans.

CONSTANTINVS M. IMP.
POSTQVAM MVNDATVR A LEPRO
PER MEDIVM BAPTISMATIS
MILITES SEV EQVITES DEAVRATOS
CREAT
IN TVTELAM CHRISTIANI
NOMINIS.

Inusitata hæc, & plane mirabilis origo cælestibus non tantum auspiciis, verum propemodum studiis condita, plures easque splendidas appellationes Ordini comparavit, quasi parcior futurus fuerit unicus titulus ad illius præstantiam declarandam (15). Dictus est itaque Angelicus ab Angelis, quorum opera e Cælo exhibitum est Crucis stegma cum vocibus bellicas palmas præcinentibus. *Aureatus* ab aureo cinctu quinquaginta Ordinis Optimatibus indulto. *Constantinianus* de nomine In-

digj al culto della Croce; e ad ampliare la dignità della Croce-segnata Milizia, ebbe in solenne costume dopo ciascuna vittoria da' nemici riportata di aggregare nelle principali festività con onorevole rito i più degni Guerrieri in quest' Ordine Costantiniano (13). Della qual cosa oltre le tante altre testimonianze, ne fa chiarissima fede per lunga pezza di tempo una lapide (14) di marmo innalzata in Roma, che quel futo con iscolpita immagine al vivo rappresentava, e' l confermava ancora con la seguente iscrizione alla lapide apposta:

COSTANTINO M. IMP.
DOPO CHE FU DALLA LEPRO MONDATO
COLLE ACQUE BATTESIMALI
FORMA IL CORPO DE' SOLDATI
O SIA CAVALIERI AVRATI
A DIFESA DEL NOME
CRISTIANO.

Codesta straordinaria; ed affatto nuova origine stabilita non solo con prodigj, ma anche, sia lecito il dirlo, con impegno del Cielo, procacciò molte, e tutte gloriose denominazioni all' Ordine, come se non fusse per bastare un sol nome ad esprimere la di lui eccellenza (15). Fu adunque chiamato Angelico, perciocchè per ministero degli Angeli fu dal Cielo mostrato il segno della Croce, con parole tali, che promettevano sicure vittorie in guerra: fu chiamato *Aurato* dal dorato cingolo a cinquanta Primati dell' Ordine concesso.

(13) Agostino Monazio nell' *Ist. Camaldol.* part. ult. cap. 71. Francesco Sansone lib. 2. *delle Origini de' Cavalieri*. Gio: Maria Donardo *Lome del Vecchio*, e *Nuovo Testam.* Soranzo *Idea de' Cavalieri*, Andrea Guarino *Orig. de' Religiosi Milit.*

(14) Gioseffo Michele Marquese *Tesoro Militare*, Lorenzo Finichiaro *Gloria del Mar. S. Giorgio*.

(15) Andrea Guarino *Orig. della Relig. Milit.* Michele Marquese, Lorenzo Finichiar, ne' luoghi citati.

stitutoris Constantini, *Magnus Imperialis* non tantum ab ipso Constantino, sed etiam ab aliis Imperatoribus, qui Magni Magistri Ordinis extitere. *Georgianus* denique a Divo Georgio Martyre, cujus patrocinio fere ab ipso suae nativitatis exordio additus fuit, tum ob recentem memoriam illius praecleari martyrii, quod anno CCCV. saeviente Diocletiani persecutione subierat, tum etiam (16) ob felices ejus apparitiones, quibus multoties in arduis praeliis adesse militibus, eorumque partes obire conspectus fuerat.

Omnibus tamen nominibus augustinior emicuit Ordinis ex rebus praecclare gestis amplificata gloria, quas historiarum abunde recensent monumenta. Eas inter praetereundum non est, memorabili (17) Eraclii de Cosroa victoriae praecipuam operam contulisse fortissimum Sancti Georgii equestre agmen, ob idque ab Augusto Victore per insignem munificentiam Creta insula fuisse donatum. Horum etiam nobilium Equitum ope (18) subductam a Saracenorum jugo Hierosolymam, iisque praeliantibus visibiliter adfuisse Divum Georgium Patronum tradunt quamplures; nec solius tantum Patroni praesentio; nè solamente il di lor Protettore

cesso. Fu detto Costantiniano dal nome del Fondatore. Fu detto Magno Imperiale non tanto per l'istesso Costantino, quanto per gli altri Imperadori, che furono Gran Maestri dell'Ordine. Fu chiamato finalmente Giorgiano da S. Giorgio Martire, sotto del di cui patrocinio fu quasi dal suo nascer messo, sì per la fresca memoria del di lui chiarissimo martirio, che tollerato avea nell'anno 305. quando in crudelissima la persecuzione di Diocleziano, siccome ancora (16) per le felici apparizioni, nelle quali era stato molte volte veduto in atto di porger soccorso, e rinfrancare i soldati in perigliosi combattimenti.

Per tutti i riguardi però assai più chiara sfolgorò la gloria dell'Ordine per le cose valorosamente operate in guerra, le quali da storici monumenti ampiamente vengono rapportate. Tra le quali non è da tacerse, che la valorosissima schiera de' Cavalieri di S. Giorgio la principal parte conferì alla memorabile (17) vittoria di Eraclio su di Cosroa riportata, e che per questo ebbe in dono con singolar munificenza dall'Augusto Vincitore l'Isola di Creta. Molti Scrittori similmente attestano, che dal valore di questi nobili Cavalieri sia stata liberata (18) Gerosolima dalla tirannia de' Saraceni, e che mentre essi combattevano, visibilmente in lor soccorso venne il protettor S. Giorgio ad essi in aiuto di combattere per Cri-

B slo,

(16) Gio: Cuspiniano de' *Cosari*: Guarino, Lorenzo Finichiaro, Michele Marquese, Andrea Mendo ne' luoghi citati.

(17) Alesio Monazio *Istor. Cavaldolese part. ult. cap. 31.* Guarino, Marquese &c.

(18) Gio: Caramuele, Lorenzo Finichiaro, Andrea Mendo ne' luoghi citati.

sentia pro Christo dimicantibus adfuit (19) ; plures alii Caelites iis in praelio visibiliter, nec semel praesidio, ac adjumento fuere, & praecipue Sancti Demetrius, Procopius, Hippolytus, Martinus, Mercurius, Arthemius, Menna, Vitalis (20), qui vel sub hoc codem vexillo, dum in humanis agerent, militarunt, vel milites peculiari patrocinio tutati sunt : adeo ut quemadmodum pro Caelo sanguinem fundere parata semper fuit armata Religio ; ita sane plerumque Caelum visum est impigre ejus fortitudini particeps, vel expromissor accedere, ac veluti liberale forum bella Domini praeliantibus exolvere.

Ne vero crederetur virtutem omnia debuisse fortunae, etiam in adversis ea mire inclaruit. *Grassante* siquidem Othomanorum praevallida tyrannide, & antiquis hujus inclytae Religionis dominis passim Barbarorum furori cedentibus, non tamen Equites a vetere animi constantia ac robore declinarunt (21). Andreas enim Angelus Flavius Comnenus Supremus Ordinis Magister, & duo ejus liberi Petrus in Praefectura dignitate successor, Paulus Purpuratus Ecclesiae Senatui adscriptus, junctis cum celeberrimo Georgio Castritto vul-

so, porse ajuto (19) ; ma parecchi altri cittadini del Cielo a' medesimi in campo di battaglia visibilmente, ed in più volte in difesa vennero ed in ajuto, e specialmente i Santi Demetrio, Procopio, Ippolito, Martino, Mercurio, Artemio, Menna, Vitale (20), i quali o sotto questa medesima bandiera, mentre vissero, militarono, o pure con particolar patrocinio li combattenti professero : in guisa tale, che siccome quest'armata Religione fu sempre pronta a spargere per lo Cielo il suo sangue ; così sembrò soventi volte il Cielo di voler partecipare, e garantire prontamente il di lei valore, e pagare, per dir così, larga usura delle fatiche di coloro, che combattono pel Signore.

Perchè poi non credasi, che la di loro virtù sia stata figlia della prosperità, nelle disgrazie ancora meravigliosamente quella lampeggiò. In fatti crescendo di giorno in giorno la tirannica potenza degli Ottomani, e gli antichi dominj di quest' inclita Religione passando in mano de' Barbari, non perciò i Cavalieri dall'antica lor costanza si smarrirono (21). Poichè Andrea Angelo Flavius Comneno, Gran Maestro dell'Ordine, e due di lui figli Pietro successore nella dignità del Gran Maestro, e Paolo ascritto al Collegio de' Cardinali della Chiesa, accoppiando i lor

(19) Eusebio nella Vita di Costantino. Zonara negli Annali dell'Impero Costantinopolitano. *Scorano iston. Constant. lib. 2. cap. 28.* Niceforo Callisto *Istor. Eccles. lib. 14. cap. 21.*

(20) Michele Marquesio, Caramuele nella Teologia Regolare, Andrea Mendo ne' luoghi citati.

(21) Marin. Beriaz. sulla vita e gesta di Scanderbergk, Francesco Sallone *Orig. de' Turchi*, Paolo III. P. M. nella Bolla *Cum primum accepimus* &c. Giulio III. nel Breve *Dignum et rationi congruum* &c.

vulgo Scanderbergh Epiri Dynasta consiliis, opibus, & armis diu cum ubere quatuor & viginti victiarum proventu communem causam adversus hostilem impetum propugnarunt; adeo ut Crucesignatorum expeditionis ad cohibendas Barbarorum quotidie gliscientes vires indietæ, meruerint a Pio II. Pont. Max. rei gerendæ acerrimo promotore, in primos Duces eligi ac renunciari. Jamque strenue urgebatur tanti belli moles, cum interjecta plane alienissimo Christianæ Reipublicæ tempore Georgii Castrioti mors, quasi suam fortunam (22) gloriosis Equitum conatibus abstulit, fecitque, ut Constantinianus Ordo ab Albanis finibus, quibus post Græci Imperii excidium infederunt, ejiceretur, quamvis non inultus, sui que promæ, ac hostilis cruoris splendido sacrificio, celo fideique probatus. Ita certe constitit non Ordini virtutem, sed propitiam defuisse fortunam, eosque semper Constantinianos Equites sese præstitisse, ut non solum vincere, sed & gloriose vinci didicerint.

Maximum quidem vulnus ab ea calamitate Constantinianæ Militiæ inflictum est, & antiqui nominis gloria

lor consigli, ricchezze, ed armi col rinomatissimo Giorgio Castriotto, detto volgarmente Scanderbergk, Principe di Epiro, per lungo tempo disefero la causa comune contro l'impeto de' nemici, col riportarne ben ventiquattro illustri vittorie, in guisa tale, che da Pio II. Sommo Pontefice fortissimo promotor dell'impresa meritavano di essere prescelti essi i primi, e nominati per Capitani della spedizione de' Crocegnati, ordinati a sfaccar le forte de' barbari, che di giorno in giorno vieppiù s'invigorivano; e già con calore si disimpegnava l'incarico di una sì gran guerra, quando la morte di Giorgio Castriotto accaduta in circostanze per certo alla Cristiana Repubblica funestissime, strappò quasi la fortunata occasione a' gloriosi sforzi de' Cavalieri (22), e fece sì, che l'Ordine Constantiniano del confine dell'Albania, nè quali dopo l'eccidio del Greco Imperio erasi stabilito, discacciato venisse, quantunque non senza vendicarsi de' nemici, e per questo accetto al Cielo, ed alla sede per l'illustre sacrificio del sangue suo, e di quello de' nemici. Così certamente si conobbe esser mancato a quest'Ordine non il valore, ma solamente l'occasione, e che i Cavalieri Constantiniani si sian sempremai talmente diportati, sicchè abbian saputo non solo vincere, ma esser ancora con lor gloria vinti.

Grande ferita veramente per quella disgrazia ricevè la Constantiniana Militia, e la gloria del loro antico nome molto

B 2

fu

(22) Marin. Berlaz. Francesco Sansone *lung. cir.*, ed i Romani Pontefici nelle Bolle anzidette.

ria plurimum imminuta ; non tamen Christianus Orbis eam usquequaque deletam ingemuit , velut procellis absorptam , aut naufragam conclamavit ; sed excitatus veteris claritudinis recordatione ipsam ut fluctibus tantum jactatam , ubique amico veluti portu recepit , vetuitque inter fatales ruinas irrepere calamitosissimum illud arumne genus , quod est despici . In piam hanc curam prouis animis conspirarunt (23), & Apostolico culmine Pontifices Max. & Seculari potestate insigniores Europæ Principes , & Monarchæ , utrique liberaliter æmulantes vetustiorum Pontificum , & Cæsarum in florentem olim Ordinem eximiam largitatem . Ita nutantes inter sua infortunia Equites benigne foverunt , ~~isque securitatem auferere studuerunt~~ , cumulatibz beneficiis , immunitatibus , privilegiis (24) . Leonis Magni , aliorumque Pontificum exemplum secuti Calixtus III. , Pius , & Paulus II. , Sixtus IV. , Innocentius VIII. , Paulus , & Julius III. , Paulus , & Pius IV. , Sixtus V. , Clemens VIII. , & ferme singuli successores . Ita etiam Orientalium Imperatorum (25) Leonis I. , Isaacii Angeli Flavii Comneni , Michaelis Palæologi , qui amplissimis decretis equestrem hanc miliciam exornarunt , ut a fatali temporum , ac rerum revolutione servata adhuc publica

fu sminuita ; non vide però gemendo l'Orbe Cristiano quella del tutto cancellata , o pur la compiansse come affatto assorta dalle tempeste , e naufraga ; ma rianimatosi egli per la ricordanza della di lui antica chiarezza , l'accolse da per dove ne' suoi porti come sbattuto solamente da' flutti , e non sommerso , ed impedì , che tra l'estreme ruine non sopraggiungesse ancora quella miserevolissima specie di disgrazie , che è l'esser vilipeso . In questo pio impegno conspirarono di buon animo (23) , e dall'Apostolico soglio i Pontefici Massimi ; e tra le Secolari Podeslà i più illustri Principi , e Monarchi dell'Europa , emulando largamente gli uni , e gli altri la gran liberalità de' più antichi Pontefici , e Cæsari verso di quest'Ordine assai allora florido . E così contesemente processero i Cavalieri vacillanti per le loro disgrazie col ricolmarli di beneficii , di esenzioni , e privilegi (24) , seguendo l'esempio di Leone Magno , e di altri Pontefici Callisto III. , Pio , e Paolo II. , Sisto IV. , Innocenzo VIII. , Paolo , e Giulio III. , Paolo , e Pio IV. , Sisto V. , Clemente VIII. , e tutti quasi gli altri successori . Così pure imitarono la magnanima beneficenza degli Imperadori di Oriente (25) di Leone I. , di Isacco Angelo Flavio Comneno , di Michele Paleologo , i quali con ampissimi diplomi quest'equestre Ordine onorarono , siccome da monumenti rilevasi

(23) Lib. de Privilegiis fultis Bolle de' Romani Pontefici .

(24) Epist. di S. Leone Pontef. Francesco Menenio degli Ordini Milit. Lorenzo Finichiaro , Andrea Mendo ne' luoghi cit.

(25) Lib. de Privilegiis sop. cit.

blica monumenta testantur, magnanimam beneficentiam æmulati sunt recentiores (26) Austriaci Cæsares, quos inter Ferdinandus Secundus in sollemnibus Comitibus Ratisbonæ coactis anno MDCXX., accedente Germanorum Principum consensu, honorificentissimo diplomate Magnum Magistrum, universamque Constantinianam Militiam sub Cæsareo patrocinio, & tutela suscepit, & quæcumque ab aliis Augustis indulta privilegia rata habuit: avitamque Prædecessoris clementiam Leopoldus I. modo regnans suæ indulgentiæ accessione nuper roboravit (27). Catholici quoque Hispaniarum Reges Philippi II. III. & IV. Magnis Magistris, totique Religioni in cunctis amplissima Monarchiæ Dominiis privilegiorum usum illatum, ac inviolatum esse jusserunt. Idemque fancivit in Electorali Ditione anno MDCLXVII. (28) Serenissimus Princeps Ferdinandus Maria Sacri Romani Imperii Elector, & Dux utriusque Baviaræ. Eademque privilegia (29) Joannes III. fortissimus Poloniæ Rex in Generalibus Regni Comitibus an. MDCXCIV. luculenta confirmatione decoravit.

Inter ipsa fere institutionis primordia. sapientissimi Moderatores Constantinianis Equitibus certas leges, quibus formam Religionis induerent, susce-

vati conservari fin ad oggi tra le tante fatali rivoluzioni di tempi, e di cose, imitarono, dico, i recenti Austriaci Cæsari (26), tra quali Ferdinando II. nella general Dieta tenuta in Ratisbona nell'anno 1620. col consenso de' Principi della Germania, con orrevolissimo Diploma accolse sotto la Cæsarea protezione, e tutela il Gran Maestro, e tutta la Costantiniana Milizia, e ratificò quanti altri privilegi mai eran stati loro dagli altri Augusti concessi: e Leopoldo I. or gloriosamente regnante coll'aggiungere la sua liberalità, confermò poc' anzi la munificenza del suo Predecessore (27). Similmente i Cattolici Monarchi delle Spagne Filippo II. III. & IV. vollero serbarli illeso e salvo l'uso de' privilegi accordati a' Gran Maestri, ed a tutta la Religione in tutti i domini della vastissima Monarchia. E lo stesso ordinò nel suo Elettoral Dominio nell'anno 1667. il Serenissimo Principe Ferdinando Maria Elettore del Sagra Romano Imperio, e Duca dell'una, e dell'altra Baviera (28). I medesimi privilegi confermò ancora Giovanni fortissimo Re di Polonia nelle Generali Adunanze del Regno (29) nell'anno 1694.

Tra i primi cominciamenti quasi della fondazione i savissimi Direttori procurarono di dare alcune regole a' Cavalieri Costantiniani, per cui prendessero

(26) Lib. de' Privilegi *sup. cit.* fol. 9. e fol. 102.

(27) Lib. degli Statuti di Madrid. Lib. de' Privilegi *sup. cit.* fol. 80.

(28) Lib. de' Privilegi fol. 104. fino a 107.

(29) Diploma Reale fol. 1684.

fulcepraque Christiani armis nulle
archus obstringerentur, prohibenda
cavarent. Erant itaque iuxta Equi-
tes primam Regiam Civitatem, ac
que moris doctrinae plenam, que
decem capitibus continetur a S. Ba-
silio Magno Episcopo Cæsariensi tra-
ditam accepit: eorum deinde
confirmationem petente Martino Au-
gusto a S. Leone I. Romano Pon-
tifici non tam tardissime, nequaquam
gestantur magnitudine, quam crea-
tione, & dignitate illius col-
lectano, quo non profuerit alter
Christianus vixit Rempublicam, im-
petravit. Cuius rei, que in ex-
imia profecto erat Ottonis glo-
ria, ac inter principia eius deco-
ra merito auctoritas, non minus
antiquum, quam illud, & pla-
ne gravissimum habemus testimonium
Leonis scilicet I. Cæsaris, qui in Im-
periali diplomate cum ceteris Pon-
tificis, & Imperatoribus iuribus jam
prius edeo (30). quo Magnum Or-
dinem Magistrum, & Equites privile-
giis amplissimis ornavit, tum Regu-
la a S. Basilio Magno tradita, tum
etiam illius confirmationis a S. Leo-
ne Magno impetratae diserte memi-
nit. Principis tamen constitutiones
septem & sexaginta Capitibus con-
tentas, quas dicti Equites observa-
vant, Isaacus Angelus Flavius Imper-
rator,

quali si per suo era i suddetti Cavalieri

suo forma di Religione, e venissero
per sottomettere obligati alla difesa
del nome Cristiano, le qual cose si ave-
no addossati. Per comandamento dun-
que de' Dottori e Cavalieri presso la
prima regola scritta da S. Basilio il
Grande Vescovo di Cesarea, piena
meta di Cristianità, e ben osservati in-
feramente, le qual si contiene in die-
ci capitoli: e la confirmatione di quel-
le oratione e richiesta di Martino
Augusto da S. Leone I. Romano Pon-
tifici celebratissimo non tanto per la
sua Santità, e grandezza delle cose da
se operate, quanto per la fama di cru-
dizione et dispendio, dal qual in suo-
ra non si fa altri, che con più pru-
denza regola la Repubblica Cristiana.
Della qual cosa, la qual torna per
certo in grande gloria dell'Ordine,
ed a ragione si ancorava tra i di lui
più singolari pregi, ne abbiamo una
testimonianza non meno antica, che
chiara, e di tutta autorità, quella
cioè di Leone I. Cesare, il quale in
un Imperiale Diploma dato, e gran
tempo; alla luce, una con le altre
concessioni Ponteficie, ed Imperiali (30),
con cui onore di ampiissimi privilegi
il Gran Maestro, e tutti i Cavalieri
dell'Ordine, fa chiara menzione non
soltamente della Regola scritta da S.
Basilio, ma ancora della di lei con-
ferma ottenuta da S. Leone Magno.
Tuttavia i principall stabilimenti com-
presi in sessantasette capitoli, su de'
regolati, furon sommati da Isacco An-
gelo

(30) Lib. de' Privilegi fol. 30.

rator, & Supremus Magister condidit, & Aerae Christianae anno MCXC. in insigni, frequentissimoque totius Orbis conventu Byzantii (31) habito promulgavit. Nec inter adversae fortunae procellas recentiores Magni Magistri praetermiserunt veteres instaurare, vel etiam novas identidem statuere leges, temporum conditioni, ac Militum usui magis accommodatas, quarum exemplaria Romae, Bononiae, Matriti, Monachi, & alibi diversis temporibus edita circumferuntur. Illud autem inter antiqua, ac recentia statuta intercessit discrimen, quod priora benemeritis Equitibus digna praemia decernebant; posteriora nomen duntaxat, & gloriam. Illa perpetuandae felicitati, quamdiu Ordo florebat; ista conservandae virtuti, quae, sublati fortunae phaleris, non acuit, visa sunt consecrari.

Harum rerum perfunctorie delibata series praestantissimi Ordinis imaginem levibus, sed veris coloribus adumbratam refert. Atque ab ea maxime incitari nos sensimus ad Ordinem ipsum omni studio & caritate tuendum, curandumque, quantum in nobis situm est, ut pristino splendori, & amplitudini restituatur; sicuti, & tot illustrium Principum exempla nos admonent, & munus ipsum, quod gerimus, supremi illius Magistratus a nobis jure deposcit.

In

gelo Flavio Imperatore, e Gran Maestro, e nell' anno 1190. dell' Era Cristiana in una illustre, e numerosissima adunanza tenuta in Costantinopoli (31) furono promulgati. Ne tra le disgrazie della contraria sorte trascurarono i recenti Gran Maestri di restaurar le vecchie leggi, o di formarne di quando in quando le nuove più alla portata de' tempi, ed all' uso de' soldati adattate, di cui vanno in giro le copie in Roma, in Bologna, in Madrid, in Monaco, ed altrove in diverse occasioni stampate. Quella differenza bensì passa tra i vecchi, ed i nuovi stabilimenti, perchè i primi proponevano premii da distribuirsi alli Cavalieri, che gli avessero meritiati; i nuovi poi danno il nudo nome, e la gloria. Quelli sembrano esser destinati a perpetuar la fedeltà, per cui allora l'Ordine fioriva; questi sembrano diretti a conservar la virtù, la quale, mancando gli appannaggi della fortuna, cessa di avere i suoi stimoli.

La breve istoria di questi avvenimenti ci presenta avanti gli occhi l'immagine di un Ordine ragguardevolissimo con deboli sì, ma pur veri colori ombreggiata. E certo da quella immagine ci siam intesi Noi pure commossi a garantire con ogni impegno, e sollecitudine quest' istesso Ordine, ed a procurare per quanto ci è stato possibile di riacquisargli l'antico splendore, e grandezza; siccome non solamente a ciò fare ci avvertono gli esempj di tanti illustri Principi, ma ancora l'impegno, che

In eam itaque curam, qua par est animi alacritate, incumbentes, officii in primis nostri esse duximus a legum instauratione, sine quibus nullius ordinis regimen satis constare posse manifestum est, nostri Magistratus exordium sumere. Quapropter Prædecessorum exemplo suffulti, egregio, & sapientissimo viro Ordinis Cancellario, & modo ipsius Constantinianæ Religionis Historiographo, & Magnæ Crucis Equiti demandavimus novam Statutorum compilationem, antiquis ita inhærentem, ut præsentium rerum statui apte respondeat: quam strenuo fane labore, seduloque studio ex veteribus ejusdem Ordinis monumentis ab ipso depromptam, & subinde a P. Magistro Joanne Damasceno Min. Convent. S. Francisci, & Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Consultore diligenter recognitam, atque limatam, postremo Abbas D. Joannes Christophorus Batellus Sanctissimi D. N. Clementis XI. Pont. Max. domesticæ Bibliothecæ Custos ab Epistolis latinis, ac intimus Cubicularius cultiori stylo exarandam, ornandamque suscepit, ac in eam, qua nunc primum in lucem prodiit, methodum digessit & ordinavit.

Novum igitur opus a Nobis probatum, & Pontificia auctoritate per
Lit.

che esercitiamo di Gran Maestro di quello, a ragion da Noi il richiede.

A questo pensare adunque con quella prontezza d'animo, che si conviene, attendendo, dapprima abbiám stimato esser nostro dovere il dar cominciamento al nostro Maestrazzo dalla restaurazione delle leggi, senza delle quali è manifesta cosa non poter sussistere il governo di qualunque Ordine. Per la qual cosa appoggiati all'esempio de' nostri Prædecessori, abbiám ingiunto all'illustre, e dottissimo uomo D. Bernardo Giustiniano un tempo Gran Cancelliere dell'Ordine, ed ora Istoriografo dell'istessa Costantiniana Religione, di ordinare una novella compilazione de' Statuti per tal guisa agli antichi uniforme, che corrispondesse però esattamente al presente stato di cose: la qual compilazione con assai diligente fatica, ed attento impegno dall'antiche memorie dell'istesso Ordine dal medesimo ricavata, e quindi dal P. Maestro Gio: Damasceno Minor Convent. di S. Francesco, e Consultor della S. Romana, ed universale Inquisizione diligentemente riconosciuta, e corretta, finalmente l'Abate D. Giovanni Cristoforo Batello Custode della Libreria domestica, Segretario dell'Epistole latine, ed intimo Cameriere del SS. Sig. N. Clemente XI. Pont. Mass. si prese l'incarico di scrivere, e pulire con più elegante stilo, e l'ha disposta, ed ordinata in quella forma, con cui ora per la prima volta vien pubblicata.

Questa nuova compilazione dunque da Noi approvata, e confermata dall'auto-

Litteras Apostolicas, quæ inferius inferentur in forma specifica, confirmatum, sacrae huic Militiæ hæcenus adscriptis, ac in posterum benedicente Domino adscribendis proponimus, & amantissime commendamus; futurum sperantes, ut sicuti quibus legibus obstringantur inde facile, ac dilucide poterunt edoceri, ita sane ipsi exactam observantiam præstare alacri, promptoque animo nunquam omittent; quo sanctitas, ac dignitas Religionis, quæ sanctitarum legum custodia maxime continentur pro communi voto vegetæ reflorescant, & ad Divini Nominis gloriam, fideique Catholicæ tutelam, & propagationem majora in dies suscipiant incrementa.

autorità Pontificia con lettere Apostoliche, le quali qui appresso verranno nella lor forma inscrite, proponghiam Noi, e con tutta premura raccomandiamo tanto a quei, che di già si sono a questa santa Milizia ascritti, quanto a coloro, che colla grazia del Signore vi si arrolleranno per l'avvenire; sperando dover di certo succedere, che siccome per mezzo di quella potranno di leggieri, e chiaramente esser informati delle leggi, a cui vengono obbligati, così non cesseran giammai con lieto animo e pronto quelle esattamente osservare; acciocchè tanto la santità, quanto il decoro della Religione, le quali cose dall'osservanza delle stabilite leggi dipendono, secondo il comun desiderio di tutti si mantengano sempre mai nel loro più bel vigore, e ricevano di giorno in giorno ingrandimento a gloria del Divin Nome, ed a difesa, e propagation della Cattolica Fede.

C A P. I.

De Institutione, Nobilitate, & Privilegiis Constantinianæ Militiæ.

§. I. **S**acer, Imperialis Ordo, Angelicus, Aureatus, Constantinianus S. Georgii, antiquitate omnium primus, nulli nobilitate secundus, cælesti plane origine, juxta plurimorum Historicorum sententias, gloriatur. Redemptor enim noster Christus Dominus fulgentissima Crucis de Cælo proposita Constantino Ma-

C A P. I.

Della fondazione, Nobiltà, e Privilegi della Milizia Costantiniana.

§. I. **I**l Sacro, Imperial Ordine, Angelico, Aurato, Constantiniano di S. Giorgio, per l'antichità il primo, per nobiltà a niun altro inferiore, si gloria, al riferir di parecchi Istori, di una origine tutta affatto Divina. Imperocchè il Redentor nostro Cristo Signore mostrando dal Cielo la risplendentissima Croce a Constantino il Grande,

Magno, quo tempore prælum cum Maxentio commissurus, hærebat fortunæ incertus, & anceps, ut eo salutari signo cum exercitu munitus pergeret in hostem securus, & vinceret, præcipuus auctor, ut asseritur, extitit religiosissimo Imperatori, ut celeberrimum hunc Ordinem institueret.

§. II. Constantinus itaque Divinis obsequens monitis se, suarumque copiarum Duces, Milites, bellica quoque vexilla, ac præcipue Imperiale Labarum augustissimo Crucis symbolo decoravit ejusque felici præsidio insignes de hostibus victorias retulit, ac Romani Imperii Tyrannum extinxit. Custodiæ postmodum, atque tutelæ Labari quinquaginta lectissimos Milites et primoribus exercitus præfecit, eosque privilegiis, & immunitatibus ornavit quam maximis; Angelicos dixit ab Angelis, quorum ministerio sibi Crux de Cælo oblata fuerat; Aureatos ab aureo torque; Constantinianos ab ipsius asserti Institutoris appellatione, ac demum Georgianos de nomine invicti Christi Martyris S. Georgii, cujus patrocinio eos voluit commendatos.

§. III. Ab ipsis institutionis primordiis Equites venerabile Redemptoris  Monogramma pro militari tessera usurpaverunt. Imperii fuere propugnacula, Idola dejecerunt, hæresim profligarunt, susceptaque Divi Basilii Magni Regula in quacunque Chri-

de, in quel momento appunto, in cui, dovendo dar battaglia a Massenzio, incerto, e dubbioso ne stava dell'esito, acciocchè di quel salutare segno Egli, e'l suo esercito armato si presentasse senza tema a fronte del nemico, e'l vincessse, egli fu, che al religiosissimo Imperadore, siccome narrasti, ispirò di fondare questo ragguardevolissimo Ordine.

§. II. Adunque Costantino, seguendo i celesti avvisi, se, e i Capitani delle sue truppe, ed i soldati, e le belliche bandiere, e specialmente l'Imperiale Labaro dell'augustissimo segno della Croce adornò, e pel di lei fortunato soccorso riportò segnalate vittorie su de' nemici, ed atterrò il Tiranno del Romano Imperio. Quindi a custodire, e difendere il Labaro destinò cinquanta de' più scelti soldati tra i principali dell'esercito, e quelli di moltissimi privilegi, ed esenzioni ricolmò; Chiamollì Angelici dagli Angeli, per lo di cui ministero gli comparve dal Ciel la Croce; Aurati dalla collana d'oro; Costantiniani dal nome di se medesimo, che n'era il fondatore; Giorgiani finalmente dal nome dell'invitto Martire di Gesù Cristo S. Giorgio, al di cui patrocinio volle, che essi fossero raccomandati.

§. III. Fin dalla prima lor fondazione furon usi di portar i Cavalieri per militar insegna il venerabil Monogramma  del Redentore; furon il sostegno dell'Imperio, abbatterono gl'Idoli, sconfissero l'eresia, ed avendo accettata la Regola di S. Basilio Magno, pro-

Christiani Orbis Provincias religionum propagaverunt Institutum.

§. IV. Multos Imperatores, summosque Principes huic Militiæ nomen dedisse compertum est, quæ retro actis sæculis bellicæ virtutis gloria, & veræ pietatis studio ita floruit, ut Constantiniani Equites Catholicæ fidei defensores, & Imperii Custodes a Summis Pontificibus, & Imperatoribus merito fuerint appellati.

§. V. Isaacus Angelus Flavius Comnenus Orientis Imperator, Ordinisque Magnus Magister XXI. An. Dom. 1190. generalia Equitum Comitia Constantinopoli splendide celebravit, ad quæ plerisque Europæ Asiæque Reges, ac Principes, & quinquaginta torquatos Milites convenisse satis constat.

§. VI. In Saracenos, & Turcas, ac universos Christiani nominis hostes perpetuo fortissime dimicarunt, & immanem impetum, quo ad Christianas Regiones diripiendas ferebantur, sæpe sapius persiegere. Bellicæ eorum fortitudo in Hierosolymitana potissimum expeditione enituit, & ad Urbem Sanctam hostili jugo solvendam plurimum contulit. Sexcenti præterea Equites dira Constantinopolis obsidione una cum Magno Magistro sanguinem, ac vitam Deo ac Patriæ alacriter immolarunt.

§. VII. Plura Ordo enumerat amplissima privilegia supremo illius Magistro, & Equitibus a Pontificibus

Ma-

pagarono per tutte le Provincie dell' Orbe Cristiano il lor religioso Istituto.

§. IV. E' cosa indubitata, che parecchi Imperatori, e grandissimi Principi sianfi a questa Miliizia arrollati, la quale ne' secoli passati per gloria di militar valore, e per impegno di vera pietà fu tanto in fiore, che a ragione i Cavalieri Costantiniani da Sommi Pontefici, ed Imperadori chiamati furono Difensori della Cattolica Fede, e Custodi dell' Imperio.

§. V. Isacco Angelo Flavio Comneno Imperador dell' Oriente, e vigesimoprimo Gran Maestro dell' Ordine nell' anno 1190. tenne con gran magnificenza generale Assemblea in Constantinopoli, nella quale è certo esservi intervenuti parecchi Re, e Principi dell' Europa, e dell' Asia, e cinquanta Cavalieri di collana d' oro.

§. VI. Con grandissimo coraggio hanno mai sempre essi combattuto contro i Saraceni, i Turchi, e contro i nemici tutti del nome Cristiano, ed hanno spessissime volte il furioso empito fiaccato, con cui quelli a saccheggiar venivano le contrade de' Cristiani. Il di lor valore in guerra risplende specialmente nella spedizione Gerosolimitana, e molto contribuì a liberar quella santa Città dall' oppression de' nemici. Inoltre scicento Cavalieri una col Gran Maestro nel fiero assedio di Constantinopoli per Dio, e per la Padria il lor sangue, e la vita coraggiosamente sacrificarono.

§. VII. Molti ampissimi privilegi novèra il nostro Ordine da Sommi Pontefici, da Imperadori, da Re, e da al-

C 2

tri

Maximis , Imperatoribus , Regibus , aliisque magnis Principibus concessa, quae longum esset hic singula recensere . Inter recentiores Ferdinandus II. an. 1630. in Comitibus Ratisbonensibus cum honorificentissimo diplomate decoravit, sub Caesareo patrocinio suscepit , & Catholico Hispaniarum Regi amantissimis litteris commendavit . Palam insuper edixit, Constantinianam militiam de Romano Imperio esse optime meritam . In Archivio nobilitatis Svecicae extra memoriam duorum millium Equitum Georgiana Cruce-signatorum , qui sub Othone Magno cum Hungaris fortissime conflixerunt , eamque fuisse olim Ordinis fidem , & robur , ut quoties Imperator bellum pro Imperio praefens administraret, quatuor millia Equitum ad tuendam ejus imperialem personam suppeditare consueverit . Præterea testatus est, cunctos Imperii Principes , Comites , & Barones stirpis originem a Constantino Magno , aliisque ex familia Comnena profectis Imperatoribus repetentes , Ordinis Magistris Macedoniae Principibus subesse non dedignari : eosdem Macedoniae Principes per masculinam lineam a Comnenis Graecis Imperatoribus , Graeci veros Imperii heredes , & successores esse , ac veros itidem Ordinis Magnos Magistros existere . Quod Pontifices etiam Maximi bullis suis noverunt , & declararunt .

§.VIII.

§. I. **M**ilitiam, qua nobiles, ac præstantes viros exerceri maxime decet, ideo institutam fuisse comperitum est, ut antistantia Imperia tutarentur, & pacem alerent, qua nihil dulcius, nihil etiam est humano generi salutaris. Quæ autem Militia Religiosa dicitur, non in hæc tantum insudat, sed in primis ad Catholicæ fidei incumbit tutelam, ejusque propagationem strenuo promovere contendit. Id est præcipuum Religiosi Militis institutum, ac officium; quod ut cumulare præstare possit, eximiis profecto naturæ corporis, & animi dotibus debet excellere.

§. I. **E'** Cosa manifesta, che la Milizia, in cui conviene esercitarsi in particolar maniera le persone nobili, ed illustri; non per altro motivo fu introdotta, se non acciocchè colle armi alla mano garentissero gl'Imperi, e mantenessero la pace, di cui non v'ha cosa più dolce, nè all'uman genere più salutare. La Religiosa Milizia poi non per questo solamente s'affatica, ma è indirizzata specialmente alla difesa della Cattolica Fede, ed a promuovere la di lei propagazione diligentemente si sforza. Questo è il principal oggetto, e dovere di un Religioso Soldato; lo che acciocchè egli possa perfettamente eseguire, per certo si conviene, che abbia egli singolari doti naturali di corpo, e d'animo.

§. II. Primum igitur quicumque Sacrum hunc Ordinem suscipere, ac profiteri intendit, sit ex legitimo conjugio procreatus. Admittantur nihilominus filii illegitimi Ducum, Principum,

§. II. Prima adunque chiunque intende d'entrare, o professare questo sacro Ordine, sia nato di legitimo matrimonio. Nulla di manco siano a quello ammessi i figli illegitimi de' Duchi, de' Principi,

F cipi,

cipum, & Comitum, qui absolutam gerunt jurisdictionem, nullumque Superiorem agnoscunt, atque etiam ii, cum quibus super defectu natalium hujusmodi vel a Pontifice, vel a Cæsare, vel a Nobis, nostrisque successoribus benigne fuerit dispensatum.

§. III. Sit corpore, & membris bene, apteque compositus, militariibus sufficiens laboribus, & incommodis; eamque formæ præferat dignitatem, ut inde optima ingenii indoles argui possit.

§. IV. Sit mente sanus, morumque integritate conspicuus. Decimum sextum excedat ætatis annum, ut tam corpore, quam animo firmus habeatur: nisi forte vel ætatis veniam a Supremo Magistro impetraverit, vel sit unus & nobilioribus pueris illi inservientibus, aut alicui donatori hereditario jure succedat; quibus casibus Sacro Ordini adscribi, ac illius Crucis poterit insigniri, nulla habita temporis ratione.

§. V. Ut animo ingenuus ita sit omni onere solutus, & liber: fortunæ bonis sit sufficienter instructus; nec adeo grandi prematur ære alieno, ut illi dissolvendo impar existimetur.

§. VI. Acceptam a parentibus, & progenitoribus Catholicam fidem religiose colat, nec generis originem ducat ab Hæreticis, Judæis, Mauris, Turcis, aliisque infidelibus.

§. VII. Rejiciantur, qui alterius militiæ, aut Religionis etiam Clausuralis vota nuncupaverint, nisi Principes

cipi, e de' Conti, ch' esercitano giurisdizione assoluta, nè riconoscono alcun Superiore, e similmente coloro, d'quali o dal Sommo Pontefice, o da Cæsare, o da Noi, e da' successori nostri sarà graziosamente tolto un tal difetto di natali.

§. III. *Sia bene, e proporzionatamente disposto di corpo, e di membri, capace di reggere alle militari fatiche, e disagi; ed abbia tal avvenenza di aspetto, sicchè quindi si possa meitevolmente argomentare l'abilità del talento.*

§. IV. *Sia di mente sano, e ben conosciuto per probità di costumi. Abbia passato il decimosesto anno di sua età, perchè venghi reputato robusto sì di corpo, come di animo: eccetto solamente, se od otterrà dal Gran Maestro la dispensa dell'età, o sia uno de' nobili Pagi, che 'l servono, o per diritto ereditario succederà ad alcun Donatore. Ne' quali casi potrà esser ascritto al Sacro Ordine, ed esser della Croce di quello fregiato, senza averse alcun riguardo all'età.*

§. V. *Siccome deve esser di animo libero, così sia pure d'ogni peso scevero, e sciolto: de' beni di fortuna sia competentemente provveduto; nè sia tanto carico di debiti, sicchè si reputi insufficiente a pagarli.*

§. VI. *Custodisca scrupolosamente la Cattolica fede a lui da' genitori, e maggiori suoi tramandata: nè tragga origine del suo lignaggio da Eretici, Giudei, Saraceni, Turchi, o da altri infedeli.*

§. VII. *Siano esclusi coloro, i quali avran fatto voto di altra militiæ, o di Religione anche claustrale, se non sian*

Præ-

cipes sint , vel cum eis Apostolica auctoritate fuerit dispensatum .

§. VIII. Pagorum quoque , & Castorum incolæ a nobilissimo hoc Ordine arceantur ; iis exceptis , qui mero , seu mixto patrii soli dominio potiuntur , aut avitæ fulgent nobilitate familiæ .

§. IX. Hæretici , perjuri , fures , grassatores , incendiarîi , scripturarum , monetarumque corruptores , homicidæ , dolosi , læsæ Majestatis rei , & quicumque alii quid scelestum admitterint ; illiberalis præterea lucri sectatores , aut vilis artis , & operis labe notati consortio nostro nequaquam adscribantur . Liceat nihilominus Supremo Magistro cum iis omnibus , habita personarum , delictorumque prudenti ratione , benigne dispensare ; proditoribus dumtaxat exceptis , quibus quantumvis præclaro genere natis , nullum unquam indultum , nec etiam a Supremo Magistro concessum , suffragetur .


§. X. Porro quicumque sacræ huic Militiæ adscribi cupit supplici libello Principi Magno Magistro suum votum aperiat , nomenque , & cognomen , & patriam , necnon patris , matris , avorum , aviarum , proavorum , proaviarum , tam paterni , quam materni generis nomina explicabit ; necnon familiarum insignia propriis coloribus distincta proponat , ea ferme specie , quam sequens stemma exhibebit .

Prencipi , o pur se loro non sia stata data dispensa per Apostolica autorità .

§. VIII. Similmente gli abitanti di Villaggi , e di Castella sian tenuti lungi da questo nobilissimo Ordine , tranne solamente coloro , i quali hanno il dominio mero , o misto del suol nativo , o pur si distinguono per antichissima nobiltà di famiglia .

§. IX. Gli Eretici , i spergiuri , i ladri , gli assassini , gl' incendiarîi , i falsificatori di scritture , e di monete , gli omicidi , i traditori , i rei di lesa Maestà , e qualunque altri avrà commesso alcun delitto : inoltre i dediti a sordido guadagno , i diffamati per vil mestiere , od arte in niun conto siano ascritti alla nostra compagnia . Sia , ciò non ostante , permesso al Gran Maestro il poter tutti costoro graziosamente abilitare , avendo presente con prudente discrezione la diversità de' delitti , e delle persone ; tranne solamente i traditori , a' quali , per quanto nobili essi siano , niun indulto mai possa suffragare , nemmen se lor venga accordato dal Gran Maestro .

§. X. Inoltre chiunque desidera esser a questa sacra Militia ascritto , esponga in un memoriale il suo desiderio al Prencipe Gran Maestro , e spieghi in quello il suo nome , cognome , e padria , siccome ancora i nomi del padre , della madre , degli avi , ed ave , de' prozvi , e proave di suo lignaggio tanto paterno , quanto materno ; dippiù proponga le armi del casato divise con proprj colori , ed in quella forma appunto , che rappresenterà il seguente albero di famiglia .



§. XI. Præterea tum propriam, tum Majorum suorum nobilitatem profiteatur, & ad eam probandam testes fidei dignos omnique exceptione majores tres ad minus indicet, quorum testimonia coram Equite, vel Equitibus a Nobis, nostrisque successoribus a publico Notario, aut fidei Cancellario rite scribantur, ac recipiantur juxta peculiarem instructionem a Nobis propediem ea de re Italica lingua tradendam, quam exacte, ac inviolabiliter observari mandamus. Ubi ejusmodi testium depositiones rite receptæ, totique processui suprema manus imposita fuerit; Notarii, atque etiam Commissarii, vel Commissariorum sigillis munitus, & obsignatus caute processus transmittatur Principi Magno Magistro, aut suo Consilio, cujus erit acta, & probationes expendere, ut de admittenda, vel rejicienda Oratoris

§. XI. In oltre deponga così la propria nobiltà, come quella de'suoi Maggiori, e per provarla adoperi almeno tre testimonj accreditati, e di ogni eccezione maggiori, le di cui deposizioni fatte avanti di uno, o più Cavalieri da deputarsi da Noi, e da' nostri successori, vengano secondo il costume scritte, e conservate da un pubblico Notajo, o pure da un fedel Cancelliere, secondo la particolare istruzione, che quindi a poco da Noi in Italiana favella si pubblicherà colle stampe, la qual comandiamo, che con ogni puntualità, ed inviolabilmente si osservi. Toſtochè poi saranno convenevolmente prese le deposizioni di sì fatti testimonj, e sarà data l'ultima mano alla compilazion del processo, il processo medesimo sottoscritto, e suggellato dal Notajo, o pure da uno, o più Commessarj, venghi con ogni diligenza trasmesso al Principe Gran Maestro, o al Consiglio della Religione, a cui

toris petitione mature valeat deliberare.

§. XII. Intervientes Militiæ vitæ, morumque honestate, ac famæ integritate commendentur. Sint aut natalibus propriis, aut Principis beneficio civiles, & a quocumque vili, ac mercenario opere manus, & ingenium abstineant. De quibus omnibus quærendum in eos erit eadem plane ratione, qua in alios, servata forma, quam in memorata instructione fufius præscribemus.

C A P. VI.

De ritu armandi Militis.

§. I. **S**acri hujus Ordinis Miles futurus duplici modo armari, & promoveri poterit, solemniter scilicet, & privatim. Si solemniter armandus erit, sequens ritus observabitur.

§. II. Constituta die convenient ad Templum designatum Prælati, & Eques Commissarius a Principe Magno Magistro delegati, & quotquot præterea Ordinis Equites Urbem incolunt; quibus deficientibus, duo saltem alterius Militiæ Equites subrogentur. Prælati, & Commissarius solemniter pallio indutus restat simul pergant ad adorationem SS. Sacramenti, eoque adorato procedent ad Altare majus. Commissarius secedet ad

cui s' apparterrà l' esaminare gli atti, e le deposizioni, acciò possa con maturità decidere, se debba, o no, esser ammessa la dimanda del Supplicante.

§. XII. I soldati da servizio sian commendabili per la probità di vita, e di costumi, e per la buona fama. Siano o per i proprj natali, o per grazia del Principe di civile condizione, ed abbiano così le mani, come l'animo alieno da qualunque vile, e sordido mestiere. Su quali punti tutti si dovrà, riguardo ad essi, tener esame della istessa guisa appunto, che si tiene riguardo agli altri, secondo la forma, la qual più a lungo prescriveremo nella istruzione di sopra mentovata.

C A P. VI.

Del rito di armare i Soldati.

§. I. **C**hi dovrà esser soldato di questo Sagro Ordine in doppia maniera potrà esser armato, e promosso, cioè solennemente, e privatamente. Se si dovrà armare solennemente, si deve praticare il seguente rito.

§. II. Nel giorno appuntato convenano nel Tempio a ciò destinato il Prelato, e l' Cavalier Commissario delegati dal Principe Gran Maestro, e quant' altri Cavalieri mai si trovano in Città, mancando i quali, si suppliscano almeno due Cavalieri d'altro Ordine Militare. Il Prelato, e l' Commessario vestiti solennemente di mano anderanno a dirittura ad adorare il SS. Sacramento, ed avendo quello adorato, si avvieranno all' Altare Maggiore. Il Com-

ad sedem sibi a latere Evangelii ejusdem Altaris præparatam. Prælarus autem preces præparatorias pro Missa recitabit, ac deinde sacras vestes assumet, quibus indutus ad suppedaneum ascendet, & in sede ibidem collocata assidebit.

§. III. Interea e loco destinato prodibunt quatuor Ephebi in totidem argenteis pelvibus solemne Ordinis Pallium, Crucem, & Ensem, & deaustata calcaria deferentes, quos subsequetur Candidatus inermis, & medius inter duos Equites solemni pallio indutos, Patrinos dictos. Hi omnes, ubi ad Altare pervenerint, facta Prælato, & Commisario debita capitis inclinatione, in genua procumbent ante Crucem: Ephebi recta pergunt ad mensam in cornu Epistolæ præparatam, supra quam argenteos pelves deponent: Patrini surgentes secedent ad sedile ipsis in eodem latere præparatum, & genuflexi aliquantulum orabunt: Miles autem armandus ibidem manebit in genua provolutus supra pulvinar e conspectu Altaris, & dextera manu cereum accensum sustinebit.

§. IV. His ita dispositis, Prælarus intra aream Presbyterii descendens, Missam inchoabit, quæ erit de Spiritu Sancto, cum commemoratione B. V. Mariæ, & S. Georgii, & peracta sacra communione, Militem armandum venerabili Eucharistiæ Sacramento reficiet.

§. V.

Commessario anderà al sedile preparatogli al lato dell' Evangelio dell' istesso Altare. Ma il Prelato reciterà le preghiere preparatorie alla Messa, e quindi si vestirà de' sagri arredi, delli quali ricoverto che sarà, monterà sul trono, e sederà sulla sedia ivi collocata.

§. III. Intanto dal luogo lor destinato usciranno quattro giovanetti portando in un bacino d'argento il solenne manto dell'Ordine, la Croce, la spada, e gli sproni dorati, dietro de' quali verrà il Candidato disarmato, e posto in mezzo a due Cavalieri vestiti del solenne manto, chiamati comunemente Padrini. Tutti costoro, come saran giunti all'Altare dopo aver fatto il dovuto inchino al Prelato, ed al Commessario, s'inginocchieranno avanti alla Croce: i giovanetti anderanno a dirittura alla mensa preparata nel corno dell'Epistola, sulla quale porranno i bacini d'argento: i Padrini alzandosi anderanno a sedersi sulle sedie ad essi nel medesimo lato dell'Altare preparati, dove pria inginocchiati per alquanto tempo pregheranno: il Soldato poi, che dovrà armarsi, rimarrà nell'istesso luogo inginocchiato sul cuscino dirimpetto all'Altare, e colla man destra terrà un cereo acceso.

§. IV. Queste cose così disposte, il Prelato scendendo sul pavimento del Presbiterio, darà cominciamento alla Messa, la qual sarà dello Spirito Santo colla commemorazione della B. V. Maria, e di S. Giorgio, e terminata la santa Funzione, rifletterà col Venerabil Sacramento dell' Eucaristia il Soldato da armarsi.

§. V.

§. V. Sacro assoluto, æstique de more Deo gratiis, Prælatus accedet ad sedem in latere Evangelii prope illam Commissarii sibi constitutam, & ambo illic sedebunt. Interea Patrini Militem armandum ad pedes Prælati, & Commissarii deducunt, quibus coram genua submitter. Patrinus deinde a sinistris patentes litteras Principis Magni Magistri Commissario exhibebit, iisque recitatis, Patrinus a dextris ad Candidatum conversus dicit: *Scire te oportet, neminem ad sacrum hunc Ordinem esse promovendum, qui prius Catholicam, Apostolicam, Romanam fidem & ore, & corde professus non fuerit.* Illico Candidatus fidei professioni se paratum exhibeat, eamque reipsum genibus flexis emittat in manibus Prælati, juxta formulam præscriptam in constitutione s. m. Pii IV. data Idibus Novembris 1564., quæ incipit: *Injunctum nobis Apostolicæ servitutis officium.* Qua humiliter recitata, Evangelium, & subinde manum Prælati deosculabitur.

§. VI. Unus postea ex Ephebis deferet coram Prælato pelvim cum pallio sollempni, cui Prælatus benedicet sequentibus sacris precibus, & adhibita aqua sancta, qua cetera quoque benedicenda, ut infra dicemus, asperget.

§. V. *Terminata la Messa, e ringraziato, secondo è il costume, Iddio, il Prelato si accosterà al sedile per se preparato nel lato dell' Evangelio vicino a quello del Commessario, ed ambidue collà sederanno. Frattanto i Padrini condurranno il Soldato vestiendo a' piedi del Prelato, e del Commessario, avanti a' quali egli s'inginocchierà; poscia il Padrino, che gli sta al lato manco, presenterà al Commessario le lettere patenti del Principe Gran Maestro, e, quelle recitate, il Padrino, che gli sta al lato destro, rivolto al Candidato dirà: E' necessario, che tu sappia, che niuno deve essere a questo sacro Ordine promosso, il qual non abbia prima e colla bocca, e col cuore professato la Cattolica, Apostolica, Romana fede. Tanosto il Candidato dia segno di esser pronto alla profession della fede, e di sauti reciterà quella inginocchiato nelle mani del Prelato, secondo la formola prescritta nella Bolla della santa memoria di Pio IV. emanata a dì 15. Novembre nell'anno 1564., la qual incomincia: L'officio dell' Apostolico ministero a noi ingiunto. La qual umilmente recitata, bacerà l' Evangelio, e quindi la mano del Prelato.*

§. VI. *Poscia uno de' Giovanetti porta avanti al Prelato il bacino col solenne manto, il quale benedirà il Prelato colle seguenti sagre preghiere, e coll' adoperar l'acqua santa, colla quale aspergerà similmente tutte le altre cose, se dovranno benedire, siccome più a basso diremo.*

γ. Ad-

ꝑ. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

ꝛ. Qui fecit cælum, & terram.

ꝑ. Dominus vobiscum.

ꝛ. Et cum spiritu tuo.

Oremus :

DEus invictæ virtutis triumphator, & omnium rerum Creator, & Sanctificator, hoc indumentum Militaris gloriæ bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris, & hunc famulum tuum, qui ipso utetur, ut tibi devote, & laudabiliter serviat, cælesti protege benignus auxilio. Per Christum Dominum nostrum. ꝛ. Amen.

Oremus :

DEus omnipotens bonarum virtutum dator, & omnium benedictionum largus infusor, te rogamus, ut manibus nostris opem tuæ benedictionis infundas, & hoc pallium ad usum hujus Militis armandi præparatum, virtute Sancti Spiritus bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris, ut eo utens tandem ab humanis solutus in conspectu tuæ sanctitatis immaculatus, atque irreprehensibilis appareat, & auxilium misericordiæ tuæ acquirat. Per Christum Dominum nostrum. ꝛ. Amen.

Tunc Equites Patrini pallium taliter vertant, ut Crux Ordinis illi affixa conspiciatur, qua detecta, Prælati sequentes Orationes recitabit.

Allora i Cavalieri Padrini volgano talmente il manto, sicchè si vegga la Croce dell'Ordine in quello cucita, la quale scoperta, il Prclato reciterà le seguenti preci.

Oremus :

OMnipotens Deus, qui Crucis signum pretioso Filii tui sanguine dedicasti, quique per eandem Crucem Filii tui Domini nostri Jesu Christi mundum redimere voluisti, & virtute ejusdem venerabilis Crucis humanum genus ab antiqui hostis chirographo liberaisti, te supplices exoramus, ut digneris hanc Crucem paterna pietate bene ✠ dicere, & cælestem virtutem, & gratiam impertire, ut hic novus Miles armandus, & ad dignitatem hujus Ordinis promovendus in Passionis, & Crucis Unigeniti tui signum ad tutelam animæ, & corporis super se gestabit cælestis gratiæ plenitudinem in ea, & munimen valeat tuæ bene ✠ dictionis accipere. Quemadmodum virgam Aaron ad rebellium perfidiam consternendam bene ✠ dixisti, ita & hoc signum tua dextera bene ✠ dic, & contra omnes diabolicas fraudes virtutem ei tuæ defensionis impende, ut portanti illud animæ pari-

pariter, & corporis prosperitatem conferat salutarem, & spiritualia in eo bona multiplicet. Per eundem Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Oremus :

Rogamus te, Domine Sancte Pater omnipotens sempiterne Deus; ut digneris bene *✠* dicere hoc signum Crucis charactere illo signatum, in quo Constantinum Augustum ad bella proficiscentem contra tyrannos, & infideles victoriosum promissisti, ut sit remedium salutare huic famulo tuo, sit illi soliditas fidei, profectus bonorum operum, redemptio animæ, sit solamen, & profectio ac tutela contra sæva jacula inimicorum. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Dicente postmodum Præfato verba: *Accipe hanc Vestem immaculatam, quam securus perferas ante Tribunal Dei.*

Et Candidato respondente: *Amen.* Equites Patrini pallio benedicto Militem ipsum armandum induent, Commissario manum admovent, & coadiuvante.

§. VII. Post hæc ad Prælatus accedet alter Ephebus pelvim gestans cum aurea Cruce inferiori Torqui appensa, cui Prælatus benedicet, hæc proferens:

✠. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cælum, & terram.

✠. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus :

Bene *✠* dic, Domine Jesu Christe hanc Crucem tuam; per quam eripuisti mundum a potestate dæmonum, & superasti passionem tua gestorem peccati, qui gaudebat in prævaricatione primi hominis per ligni vetiti sumtionem, qui cum Deo Patre, & Spiritu Sancto vivis, & regnas in sæcula sæculorum. *R.* Amen.

G

Ore-

Oremus :

Deus gloriæ, Deus excelsæ, Sabaoth fortissime; Emmanuel, Deus Patris veritatis, Pater sapientiæ, Pater illuminationis, & vigilationis nostræ, qui mundum regis, qui cuncta regna disponis, qui es bonorum collator, munerum, & bonorum omnium attributor, cui omnes gentes, populi, tribus, & linguæ serviunt, cui assistunt omnes Angelorum legiones, qui largiris famulis tuis fidem, & laudem tui nominis, ut debita tibi persolvant obsequia, cui prius fides offerentium complacet, deinde sacrificatur oblatio: quæsumus exorabilem misericordiæ tuæ pietatem, ut sancti ✠ fices hoc signum Crucis, quod tota mentis devotione famulorum tuorum religiosa fides construxit, trophæum scilicet victoriæ, ac redemptionis nostræ, quod in amorem Christi triumphalis gloria consecravit. Aspice hoc Signum Crucis, per quam ut diaboli est exinanita potestas, ita mortalium restituta libertas, quæ licet fuerit aliquando instrumentum pœnæ, nunc versa est in honorem triumphi, & quæ reos quondam puniebat supplicio, nunc & noxios absolvit a delicto. Respice benignus ad hoc illius vivificæ Crucis Signum, in quo salutem humani generis constituit, ut unde mors oriebatur, inde vita resurgeret, & qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur. Aspice omnipotens Deus Crucem hanc ad imaginem illius adorandæ Crucis factam, in qua Salvator mundi languores nostros tulit, & dolores nostros ipse portavit, & de sanctitate illius hanc sancti ✠ fice, & sicuti per illam mundus expiatus est a reatu, ita famulus tuus devotissimus hujus Crucis merito ab omni peccatorum labe mundaetur, & tuæ veræ Crucis præsidio munitus de Christianæ fidei hostibus perpetuo triumphet. Radiet hic Unigeniti Filii Domini nostri splendor divinitatis in auro, emicet gloria passionis in encausto, in figura rutilet nostræ mortis destructio. Sit famuli tui munimen, eum fide, spe, & caritate confociet, augeat triumphis, amplifcet in secundis, roboret in adversis, proficiat ei ad proventum bonorum operum, ad vitam æternitatis temporali florentem gloria confirmet, & ad perpetuam, ac immarcescibilem in cælestibus regnis coronam potenti virtute perducatur. Præsta, omnipotens Deus, quod suppliciter exoramus, propitiationem sanguinis ejus, qui seipsum dedit redemptionem captivitatis nostræ, qui se hostiam pro delictis offerre dignatus est, qui exaltatus in ligno Crucis suæ Principatus; & Potestates humiliavit, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. &c. Amen.

Tunc Prælati Crucem e pelvi
susceptam osculetur, & tradat Com-
mis-

*Allora il Prelato; presa la Croce
dal bacio, la bacerà, e la darà in
mano*

missario, qui pariter eam deosculatur, & deosculandam præbeat Candidato, ac demum eam ipsius collo imponat.

§. VIII. Accedet deinde ad Prælatus tertius Ephebus pelvim portans cum ense, & baltheo, quem vagina educet unus ex Patrinis, & mox Prælatus illi benedicet, hæc proferens:

Ÿ. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cælum, & terram.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

mano del Commessario, il qual pure la bacerà, e la dia a baciare al Candidato, e finalmente ce la ponga al collo.

§. VIII. Si accosti finalmente al Prælato il terzo Giovinetto portando il bacino colla spada, e'l cingolo, la quale spada un de' Padrini torrà dal soldato, e quindi il Prælato la benedirà, dicendo. queste parole:

Oremus:

EXaudi, quæsumus, Domine, preces nostras; & hunc ensẽ, quo hic famulus tuus circumcingi desiderat, Majestatis tue dextera dignare bene ✠ dicere, quatenus ~~ene possit defendor Ecclesiarum, viduarum, orphanorum~~, omniumque fidelium, aliisque sibi insidiantibus sit timor, & formido, præstaque ei æque persecutionis, & justæ defensionis effectum. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Oremus:

BEne ✠ dic, Domine sancte, Pater omnipotens æternæ Deus; per invocationem sancti nominis tui, & per adventum Filii tui Domini nostri, & per donum Sancti Spiritus Paracliti, & per merita Beatæ Mariæ Virginis, ac martyris tui Georgii hunc ensẽ, ut hic famulus tuus; qui hodierna die, & tua concedente pietate, præcingitur, visibiles inimicos conculcet, victoriæque per omnia potitus, semper maneat illæsus. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Tunc Patrinus a dextris acceptum ensẽ, tradat Commissario, qui eum Equiti armando porrigat. Iis autem, nempe Commissario, & armando, simul nudum ensẽ sustinentibus, Prælatus sequentem formu-

'Allora il Padrino, che gli sta al lato destro, presa la spada, la consegnerà al Commessario, il qual la dia al Soldato, che deve armarsi. Or costoro, cioè il Commessario, e'l Soldato da armarsi, tenendo la spada sfo-

G 2

de-

mulam recitabit :

derata ; reciterà il Prelato il seguente formolario :

Accipe gladium in nomine Pa^{tr}is , & Fi^{li}i , & Spi^{ri}ritus Sancti , ac eo utaris ad defensionem tuam , Sanctæ Matris Ecclesiæ , & Principis Magni Magistri Ordinis , ad confusionem inimicorum Crucis Christi , & Catholicæ fidei tutelam , atque propagationem , & , quantum humana fragilitas permiserit , cum eo neminem injuste lædas , quod ipsum tibi præstare dignetur , qui cum Patre , & Spiritu Sancto vivit , & regnat Deus in sæcula sæculorum. *R.* Amen.

Formula recitata , Commissarius enim Patrino restituat , qui eum in vaginam immissum novi Equitis formori aptabit , & imponet , dicente Prelato :

Recitato il formolario , il Commessario restituisca la spada al Padrino , il qual rimessala nel fodero , l'aggiusterà , e porrà sul fianco del nuovo Cavaliere , dicendo il Prelato :

Speciosus forma præ filiis hominum : accingere gladio tuo super femur tuum potentissime . Hoc tibi sit in nomine Domini Jesu Christi . , & attende , quod Sancti non in gladio , sed in fide viccrunt regna .

Surget postmodum novus Eques , & aliquantulum loco recedens enssem vagina eductum ter vibrabit , quasi hostibus Catholicæ fidei minitans , & in qualibet vibratione illius cuspidem usque ad solum demittet , ac demum enssem sinistro brachio detersum in vagina recondat .

Mox iterum in genua procumbat coram Commissario , qui , proprio nudato ense , novi Equitis humeros ter levi ictu percutiet dicens : *Esse Miles pacificus , strenuus , fidelis , & Deo devotus .* Tum novus Eques genua flectet ante Prælatum , qui pariter illius genam leviter manu cædens , dicat : *Exciteris a somno malitiæ , & vigila in fide Christi , & sana*

Si alzerà poscia il nuovo Cavaliere , e fattosi un poco indietro , sguainata la spada , la impugnerà tre volte , come in atto di minacciare i nemici , ed in ciascuna impugnatura abbasserà la di lei punta sino a terra , e finalmente , tergendola sul braccio sinistro , la porrà nel fodero .

Poscia per la seconda volta s'inginocchierà avanti del Commessario , il quale sfoderata la propria spada , ben tre volte con leggier colpo percuoterà gli omeri del novello Cavaliere , dicendo : Sii Cavaliere amante di pace , coraggioso , fedele , ed ubbidiente a Dio . Allora il nuovo Cavaliere s'inginocchierà avanti il Prelato , il qual similmente percuotendogli leggierramente con la mano

la

*fama laudabili. Deinde Prælatas illi
paci osculum impertiatur dicens:
Pax tibi.*

§. IX. Accedet tandem quartus
& ultimus Ephebus, gestans pelvim
cum calcaribus deauratis, quæ Com-
missarius dextera manu tanget, &
ea mox ad Equites Patrinos deferri
mandabit. Hi accepta calcaria pe-
dibus novi Equitis apte alligabunt,
repetente Prælato:

*la guancia sinistra, dirà: Riscuotiti dal
sonno della malizia, e veglia nella
fede di Cristo, e nella lodevol fama.
Poscia il Prelato gli dia il bacio di
pace, dicendo: La pace sia con te.*

§. IX. Finalmente verrà il quarto, ed
ultimo Giovinetto, portando il bacino
colli sproni dorati, li quali toccherà il
Commessario colla man destra, e quin-
di ordinerà, che sian quelli portati a'
Cavalieri Padrini. Questi poi, presi i
sproni, gli legheranno a' piedi del no-
vello Cavaliere, ripetendo il Prelato:

Speciosus forma præ filiis hominum: accingere gladio tuo super fe-
mur tuum potentissime.

Deinde Prælatas a sede surgens,
& stans cum suis Cappellanis, Psal-
mum, & sequentes preces devo-
te recitabit:

*Finalmente il Prelato levandosi da
sedere, e stando in piedi una con i suoi
Cappellani, reciterà divotamente il Sal-
mo, e le seguenti preci:*

Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium;
& digitos meos ad bellum.

Misericordia mea, & refugium meum, susceptor meus, & liberator
meus.

Protektor meus, & in ipso speravi, qui subdit populum sub me.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto:

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum.

Amen.

℣. Salvum fac servum tuum Domine.

℞. Deus meus sperantem in te.

℣. Esto ei Domine turris fortitudinis.

℞. A facie inimici.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Oremus .

Omnipotens sempiterne Deus , super hunc famulum tuum , qui gladio accinctus est , tuusque miles armatus , gratiam tuæ bene  dictionis infunde , & eum dexteræ tuæ potentia fretum fac contra adversantia cælestibus muniri prædiis , quo nullis in hoc sæculo bellorum injuriis perturbetur . Per Christum Dominum nostrum . R. Amen .

Quibus peractis , novus Eques humaniter sibi exhibitas gratulationes excipiet , & Prælati sacra indumenta deponet , ac demum omnes servata inter eos urbanitatis lege discedent .

§. X. Quod si Supremus Magister insignem aliquem ex præclaro genere natum virum velit ipse ad hunc Ordinem solemniter ritu promovere , eo casu quæcumque ab Equite Commissario præstanda forent , ab eodem Supremo Magistro rite præstentur : omnia tamen solemniori pompa , ut summa promoventis dignitas exigit , adornentur , & disponentur .

§. XI. Ubi vero Eques privato ritu armandus sit , hujusmodi functio in privato Sacello habeatur . Prælati , vel Sacerdos assistens consuetis Prælatiis , vel Sacerdotalibus vestibus induatur . Supremus Magister autem , vel Eques Commissarius sola Religionis Cruce sit insignitus . Ceterum ea omnia , quæ pro solemniter promotione fancimus , peragantur .

§. XII. In promovendis autem Equitibus Sacerdotibus , Sacellariis , Scutiferis , ac inservientibus officio observari mandamus peculiare ritus , quos

Le quali preci terminate , il novello Cavaliere accoglierà cortesemente le congratulazioni , che gli verranno fatte , e 'l Prelato si spoglierà de' saggi arredi , e partiran tutti dopo di essersi cortesemente licenziati .

§. X. Che se il Gran Maestro in persona vuol promuovere con solenne rito a quest'Ordine qualche insigne personaggio nato da illustre lignaggio , in tal caso tutto quello , che si dovrebbe fare dal Commessario , si faccia secondo il rito dall'istesso Gran Maestro ; il tutto però si esegua , e disponga con più maestrevol pompa , siccome richiede l'altissima dignità di chi fa la funzione .

§. XI. Dove che poi con privato rito si debba armare il Cavaliere , si fatta funzione si celebri in una Cappella privata . Il Prelato , o Sacerdote assistente si vesta de' soliti Vescovili , o Sacerdotali paramenti . Il Gran Maestro poi , od il Commessario porti la sola Croce della Religione . Ma si pratichino tutte quelle cose , che abbiamo ordinato praticarsi nella solenne promozione .

§. XII. Nel promover poi i Cavalieri Sacerdoti , Cappellani , Scudieri , e Serventi d'ufficio comandiamo osservarsi que' particolari riti , i quali distinguono

quos in Rituali a Sancta Sede approbando , Italica lingua quamprimum a Nobis edendo singillatim præscribemus .

mente prescriveremo nel Rituale da publicarsi quanto prima da Noi coll' approvazione della Sede Apostolica .

C A P. VII.

De Professione :

§. I. **S**Uscpta Ordinis Cruce eo ferme ritu , quem superiori Capite sancivimus , Miles per biennium , vel unum saltem annum , nisi cum eo Supremus Magister benigne dispensaverit , in Collegio Sacræ Religionis moretur , ubi pietatis studio animum excolat , & corpus militari exercitatione confirmet . Statuta Ordinis frequenter perlegat , & accurate observet : alios non comparet , qui bonis artibus , & bellica disciplina ipsum erudiant : tum pedestribus , tum equestribus pugnis incumbat ; iisque omnibus sedulam navet operam , quæ religioso , fortique Equiti constituendo conducere , ac usui esse possunt .

§. II. Exacto biennio a die , qua Miles Sacro Ordini nomen dedit , dummodo decimum octavum ætatis annum expleverit , professionem in eo emittere teneatur . Quod si renuerit , nulla proposita iusta causa , arbitrio Principis Magni Magistri Cruce privetur , & ab Ordine ejiciatur . Contra vero , si conceptæ de illius virtute opinioni nequaquam responderit , vel patefacta fraus fuerit , quæ adulteravit examen , aut ali-

C A P. VII.

Della Professione :

§. I. **P**RESa la Croce dell' Ordine in quel rito appunto , che nell' antecedente Capitolo prescrivemmo , il Soldato per due , od almeno per un anno , se per avventura non ce lo dispenserà il Gran Maestro , rimanga nel Collegio della Religione , dove coltivi l' animo collo studio di pietà , e rinforzi il corpo cogli militari esercizi . Legga spesso , e rileggi i Statuti dell' Ordine , e gli osservi con accuratezza : si procacci de' libri , che lo istruiscano nelle belle arti , e nella militar disciplina : si eserciti a giostrare a piedi , ed a cavallo : e pratici con diligenza tutto quello , che può giovare , e servire di ammaestramento ad un pio , e coraggioso Cavaliere .

§. II. Passati due anni dal dì , in cui il Soldato s' arrollò al Sagro Ordine , purchè abbia passato l' anno diciottesimo di sua vita , sia obbligato a far la professione . Che se ricuserà di ciò fare , senza addurne alcun giusto motivo , sia privato della Croce , e cacciato via dall' Ordine ad arbitrio del Gran Maestro . Per lo contrario se in niun conto corrisponderà alla buona opinione , che se n' avea concepito , o pure se si verrà a scoprire l' inganno , con cui

aliqua alia intercefferit gravis causa, Supremus Magister professionem illi poterit inhibere. Ceterum nemo ante decimum ætatis annum expletum ad profitendum admittatur.

§. III. Donec Miles professionem emisit, nullam Sacri Ordinis dignitatem, munus, vel officium valeat obtinere, nec obtentum gerere, nisi urgente necessitate, Religionis Princeps Magnus Magister cum eo gratiose dispensandum esse censuerit.

§. IV. Die professioni destinata Supremus Magister, vel Commissarius ab eo delegatus, sedens in sede decenter præparata in Ecclesia, vel privato Sacello, a Novitio ante ipsum genuflexo percunctabitur.

Primo: An satis perpenderit, & animadverterit ea, quæ his Constitutionibus præscribuntur, ac illud præcipue, quod Cap. XXII. de testamento Militis sancitum est, eaque omnia exacte observare decreverit.

Secundo: An velit, paratufque sit toto virium conatu Sacrosancam Dei Ecclesiam, Catholicam Religionem, sanctum hunc Ordinem, ejusque Principem Magnum Magistrum etiam cum vitæ discrimine constanter tueri.

Tertio: An intendat obedientiam Principi Magno Magistro, aliisque Ordinibus Superioribus debitam exhibere.

cui avrà deluso l'esame, o v'interrà alcun' altra gravissima causa, potrà il Gran Maestro impedir, che non facci la professione. Del rimanente niuno venghi ammesso alla professione prima del diciottesimo anno.

§. III. Fino a tanto, che il Soldato non avrà fatta la professione, non possa ottenere alcuna dignità, impiego, od officio dell' Ordine; nè, nel caso che l'ouenga, la possa esercitare, se per pressante necessità dell' Ordine non istimerà il Gran Maestro doverli con essolui dispensare.

§. IV. Nel giorno destinato alla professione il Gran Maestro, o pure il Commissario da lui delegato sedendo su di un sedile decentemente preparato nella Chiesa, od in un privato Oratorio, interrogherà il Novizio, che gli sta dinanzi ginocchiato.

Primo: Se abbia egli, quanto si conviene, pensato, e riflettuto a quelle cose, che in queste Costituzione vengon ordinate, ed in ispecialità a quanto vien prescritto nel Cap. XXII. intorno al testamento del Soldato, e se siasi risoluto di osservar quelle con ogni esattezza.

Secondo: Se sia egli disposto, & pronto a difendere costantemente con tutte le sue forze, anche col pericolo di sua vita la Sagrosanta Chiesa di Dio, la Cattolica Religione, questo sagro Ordine, e l' di lui Principe Gran Maestro.

Terzo: Se sia risoluto di ubbidir, siccome si conviene, al Principe Gran Maestro, e ad altri Superiori dell'Ordine.

Quar-

Quar-

Quarto: An liber sit, nullique alteri Religioni sit adscriptus.

Quinto: An æs alienum tam grande contraxerit, ut eo se liberare non possit.

Sexto: An homicidium, vel aliud grave crimen patriverit, quod sæcularis poenæ, aut infamiæ nota prosequetur.

§. V. Postquam Novitius singulis quæsitis apte, congruenterque responderit, Supremus Magister, vel Commissarius ipsum admoneat, ea omnia, quæ affirmavit, juramento confirmare debere: ac insuper illi denunciaret, si ullo unquam tempore detegeretur mendacii reus, eum, ut perjurum, adcoque nostrorum Equitum consortio indignum, Ordinis Cruce privandum fore. Si nihil inde obstat, quominus ad Professionem admitti valeat, Novitius antedictum juramentum tacta Cruce suscipiet.

§. VI. Afferetur postmodum scamnum cum decenti pulvino, & Missali aperto, & collocabitur in medio inter Supremum Magistrum, aut Commissarium, & ipsum Novitium, qui adhuc genuflexus aliam sequentem juramenti formulam recitabit.

Quarto: Se sia libero, e non ascripto ad altro Militare Istituto.

Quinto: Se abbia contratto debiti tanto grandi, sicchè non possa pagarli.

Sesto: Se abbia commesso omicidio, od altro grave delitto, a cui sia dovuta la pena di giustizia secolare, o la taccia d' infamia.

§. V. Dapoichè il Novizio avrà a ciascuna dimanda convenevolmente risposto, il Gran Maestro, ad il Commessario lo avverta di dover egli con giuramento confermar tutto ciò, che ha detto: ed oltre a ciò gli farà chiaramente intendere, che se mai in alcun tempo sarà egli scoperto bugiardo, dovrà, come spergiuro, e perciò indegno della compagnia de' nostri Cavalieri, esser privato della Croce. Se, fatto tutto questo, non vi è alcun impedimento, onde non possa esser ammesso alla Professione, il Novizio, toccata la Croce, farà il detto giuramento.

§. VI. Poscia si porterà uno scanno con un decente cuscino, e' l Messale aperto, e si porrà nel mezzo tra il Gran Maestro, ed il Commessario, e l' istesso Novizio, il quale stando ancor genuflesso reciterà quest' altra formula di giuramento, che segue.

EGO N. filius N. juro, & promitto Deo omnipotenti, Deiparæ Virgini Mariæ, ac Sancto Georgio, me perpetuo fidelem, & obedientem futurum Serenissimo N. N. Duci Parmæ, Placentiæ &c. religiosissimo Supremo Magistro Ordinis Sancti Georgii sub regula Sancti Basilii, suisque successoribus legitime intrantibus. Non ero in consilio, facto, vel tractatu, in quibus contra eorumdem status, personas, & jura, aut Sacrum hunc Ordinem quid attentetur. Et si talia a quibuscumque tractari, vel procu-

H

rari

rari novero, ea pro virili impediam, &, quanto citius potero, significabo eidem Supremo Magistro, vel alteri, per quem possit ad illius notitiam pervenire. Sanctæ Sedis Apostolicæ, ejusque Prælati debitum obsequium præstabo. Viduas, pupillos, & miserabiles personas dictis, & factis, quantum in me erit, ab oppressiōibus sublevabo. Exercitum Militiæ Constantinianæ Sancti Georgii, ejusque Labarum fideliter sequar: castitatem salutem conjugalem servabo; humilitatem, obedientiam, & caritatem pro virili colam, & exercebo: injurias non ulciscar, inimicosque meos diligam, & eisdem, quantum humana sinet fragilitas, beneficiam. Sanctiones Ordinis, & præscribendas in posterum a Supremo Magistro leges reverenter amplectar, & observabo: Crucem Ordinis perpetuo gestabo. Ad Comititia sive Generalia, sive Provincialia vocatus accedam, nisi legitima causa fuerim impeditus. In ultimo eloquio aliquid Ordini legabo, sin minus ex nunc ei do, lego centum aureos pro tunc, & quando testatus, vel intestatus decessero, & pro eadem pecuniæ summa bona mea præsentia, ac futura obligo, & obstringo. Vos autem SS. Trinitas, Beata Virgo, ac Dive Georgi vota mea audite, & præsto sitis, vosque adstantes, promissionis hujus meæ, viventes, & in die Censorio testes estote.

Formula absoluta profitens adhuc genuflexus, ambabus manibus supra Missale positus, dicet: *Sic me Deus adjuvet, ut hæc Sancta Dei Evangelia. Quibus prolatis verbis, textum ipsum Evangeliorum reverenter deosculabitur.*

§. VII. Tum Supremus Magister, vel Commissarius Crucem Ordinis, quam Eques pectori appensam gerit, aliquantulum attollens, eamque ipsi ostendens, dicat:

Credisne hoc esse vivificæ Crucis signum, e qua Christus pendit, ut sua morte nobis vitam conciliaret?

Respondeat Eques: *Credo.*

Dicat Supremus Magister, vel Commissarius: *Hoc est militiæ nostræ signum, quod tuo pectori semper adhaereat.*

Terminata la formula; colui che deve far la professione, seguitando a star inginocchiato, e poste ambe le mani sul Messale dirà: Sic me Deus adjuvet &c. Proferite le quali parole, bacerà il Testo medesimo degli Evangelii.

§. VII. Allora il Gran Maestro, od il Commessario elevando un tantino la Croce dell'Ordine, la qual tiene sospesa al petto il Cavaliere, ed a lui mostrandola dica:

Credi tu esser questo il segno della salutare Croce, dalla quale pendè Cristo per donar a noi col suo morir la vita?

Risponda il Cavaliere: il Credo.

Gli soggiunga il Gran Maestro, o il Commessario: Questo è il segno del nostro militar Istituto, lo qual stia sem-

reat . Deinde Crucem Equiti deo-
sculandam porrigat , hæc proferens :

*Crucem hanc , qua in nomine SS.
Trinitatis , B. Mariæ semper Virginis ,
& S. Georgii Martyris insignitus fui-
sti , ideo a tuo pectore nunquam vo-
lumus separari , ut tuo sit cordi pro-
ximior , illudque ad ipsam fortiter de-
fendendam , ac defensam perpetuo con-
servandam ; ac insuper ut eam ipse
eximie diligas , totoque pietatis studio
veneris . Quæ si non adimpleveris ,
& in bello , vel etiam in pace , quid
turpe commiseris , ut injustus Militiæ
nostræ Professor suscepta Cruce cum
ignominia spoliaberis , & Miles indi-
gnus , & depravator votorum habebe-
ris .*

§. VIII. Post hæc Supremus Magi-
ster , vel Commissarius fericos pallii
funiculos collo Profitentis aptabit ,
dicens :

*Suscipe Domini jugum suave , &
onus leve , in quo anima tua veram
pacem inveniat . Teque post hæc , pa-
rentes , propinquosque tuos participes
facimus , & declaramus omnium pio-
rum operum , quæ in Sacro Ordine
nostro ab omnibus Equitibus , Fratri-
busque nostris ubique locorum fiunt ,
ac in posterum fient .*

Profitens respondeat : Amen .

§. IX. Demum Supremus Magi-
ster , vel Commissarius pacis , & amo-
ris osculum Profitenti impertietur ;
& Pre-

sempre affisso al tuo petto . *Poscia
dia a baciare la Croce al Cavaliere
proferendo queste parole :*

Questa Croce , di cui sei stato
fregiato in nome della SS. Trinità
della B. Vergine Maria , e di S.
Giorgio Martire , vogliamo , che
perciò dal tuo petto non sia mai
disgiunta , acciò sia più vicina al tuo
cuore , e lo corrobbori a difender
quella coraggiosamente , ed a con-
servarla mai sempre ; ed oltreciò ac-
ciocchè tu l'ami grandemente , e con
ogni affetto di pietà la veneri . Le
quali cose se tu non manterrai in
guerra , o pure in pace commetterai
alcuna vituperevole azione , come
iniquo Professor della nostra milizia
sarai ignominiosamente della ricevuta
Croce spogliato , e verrai giudicato
Soldato indegno , e violator de'voti .

§. VIII. Dopo di queste cose il Gran
Maestro , o il Commessario aggiusterà
i lacci di seta del manto al collo del
Professo dicendo :

Prendi-il soave giogo del Signore ;
e l' leggier peso , nel quale l'anima
tua ritroverà la pace vera . E' da
ora in avanti facciamo , e dichiaria-
mo Te , i tuoi Genitori , e Parenti
partecipi di tutte quell' opere pie ,
che si praticano , e si praticheran-
no in appresso nel nostro Sagro Or-
dine in qualunque luogo da tutti i
Cavalieri , e fratelli nostri .

Il Professo risponda : Amen .

§. IX. Finalmente il Gran Maestro ,
ed il Commessario darà al Professo il
bacio di pace , e di amore : e' Pre-

H 2 lato ,

& Prælati, aut Sacerdos cum adstantibus, eodemque Profitente genuflexo, sequentes preces devote recitabit.

lato, o' l Sacerdote unito a i circostanti, ed al Professo medesimo, che sta genuflesso, divotamente reciteranno le preci seguenti.

Antiphona. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.

Psalmus 47.

Magnus Dominus, & laudabilis nimis: in civitate Dei nostri in monte sancto ejus.

Fundatur exultatione universæ terræ: mons Sion; latera aquilonis; civitas Regis magni.

Deus in domibus ejus cognoscetur: cum suscipiet eam.

Quoniam ecce Reges terræ congregati sunt: & convenerunt in unum.

Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt: tremor apprehendit eos.

Ibi dolores ut parturientis: in spiritu vehementi conteres naves Tharsis.

Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri: Deus fundavit eam in æternum.

Suscepimus Deus misericordiam tuam: in medio templi tui.

Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ: justitia plena est dextera tua.

Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Judæ: propter judicia tua, Domine.

Circumdate Sion, & complectimini eam: narrate in turribus ejus.

Ponite corda vestra in virtute ejus: & distribuite domos ejus, ut enarretis in progenie altera.

Quoniam hic est Deus, Deus noster in æternum, & in sæculum sæculi: ipse reget nos in sæcula.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto:

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum: Amen.

Antiphona. Suscepimus, Deus, misericordiam tuam in medio templi tui.

℣. Kyrie eleison.

℟. Christe eleison.

℣. Kyrie eleison. Pater noster.

Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Salvum fac servum tuum.

℟. Deus meus sperantem in te.

℣. Mitte

ψ. Mitte ei Domine auxilium de Sancto.
 R. Et de Sion tuere eum.
 ψ. Nihil proficiat inimicus in eo.
 R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
 ψ. Esto ei Domine turris fortitudinis.
 R. A facie inimici.
 ψ. Domine exaudi orationem meam.
 R. Et clamor meus ad te veniat.
 ψ. Dominus vobiscum.
 R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui iustificas impium, & non vis mortem peccatorum; maiestatem tuam suppliciter deprecamur, ut hunc famulum tuum de tua misericordia confidentem, cælesti protegas benignus auxilio, & assidua protectione conserves, ut tibi jugiter serviat, & nullis a te tentationibus separetur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Oremus.

Suscipiat te Dominus in numero fidelium, & nos licet indigni te suscipimus in orationibus nostris; concedat tibi Dominus locum bene agendi, voluntatem perseverandi, & gratiam ad æternæ vitæ beatitudinem, hereditatemque feliciter deveniendi: ut sicut nos caritas fraternitatis conjunxit in terris, ita divina pietas, quæ dilectionis auxiliatrix est, cum suis fidelibus te conjungere dignetur in Cælis, præstante Domino nostro Jesu Christo. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

§. X. Commendarum Fundatores, eorumque successores, ac insuper bonorum donatores non aureos centum, sed quinquaginta tantum, Saccellarii, & Scutiferi. vigintiquinque aureos, dumtaxat post eorum obitum perfolvendos in actu Professionis Ordini polliceantur; & pro eadem respectiva summa cum testati, vel intestati decesserint, bona sua ad ipsius Ordinis favorem obligent, & obstringant.

§. XI.

§. X. I Fondatori delle Commende, e i di loro successori, e di più i donatori di beni nell'atto della Professione promettono di dare all'Ordine non già ducati cento, ma cinquanta solamente, ed i Cappellani, e Scudieri venticinque, da pagarsi dopo la di loro morte; e per sicurezza di questa rispettiva somma, sia che muojano, fatto il testamento, sia che muojano senza farlo, obblighino, ed ipotechino tutti i di loro beni a beneficio dell'istesso Ordine.

§. XI.

mus Drivasten. Civitatem, ut in præsentiarum jacet; necnon Ecclesiam Cathedralē, una cum Domo Canonicali, Canonica nuncupata, de propriis suis bonis fundarunt, & dotarunt, illamque necessariis fulcierunt, & dictis Civitatis, & Ecclesiæ vobis concessa, necnon libertates, & exemptiones, cum auctoritatibus, & facultatibus tamquam Supremi Magistrī creandi, & faciendi Milites Constantinianos, sive Aureatos Equites, sub regula Beati Basilii, & titulo S. Georgii totius Græciæ Patroni militantes, cum Cruce rubra signatos, & signo aureo in medio ipsius Crucis, quo Constantinus Magnus dictæ Militiæ primus institutor utebatur, & in cœlestibus manifeste vidit his verbis: IN HOC SIGNO VINCES, Labaroque inferuit Imperatorio, necnon Comites, Baronesque, cum heredibus suis in perpetuum, ad libitum vestrum, & Successorum vestrorum, ac Notarios, & Tabelliones publicos creandi, ac etiam faciendi Doctores, Magistros Baccalaureos, in quibuscumque facultatibus, laureandique Poetas, necnon legitimandi omnes, & quoscumque *Spurios*, *Bastardos naturales*, & Manferes, incestuosos, & alios ex quocumque illicito coitu procreatos, ab eis tollendo genituræ maculam, & defectum, itaut ad Paternas, & alias quascumque successiones, quorumcumque bonorum suorum absque alia differentia succedant, præfatosque Milites Constantinianos ab omnibus, & singulis oneribus, & exactionibus, impositionibusque tam Imperialibus, & Regalibus, quam personalibus, & mixtis, qualescumque sint, & quocumque nomine nuncupentur, liberos, & immunes, & exemptos fore esse decernimus, & declaramus. Non obstantibus consuetudinibus, legibus, & statutis in contrarium facientibus, ab Imperatoribus, & Principibus Prædecessoribus nostris, vobis, ac heredibus, & successoribus vestris rationabiliter indultis, sicuti ea omnia, & singula iuste, & pacifice hæcenus ut supra antecessores vestri possederunt, & vos possidetis, vobis, ac heredibus, & successoribus vestris in perpetuum auctoritate Imperiali confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostram confirmationis, decreti, gratiæque paginam infringere, aut ei ausu temerario quovis modo contraire sub poena indignationis nostræ gravissimæ, & centum marcarum auri puri, quas contrafacientes tories, quoties contrafactum fuerit ipso facto se noverint incursum irremissibiliter.

Riferisce la visione della Croce avuta da Costantino il Grande, da cui ebbe principio l'Ordine.

Esenzione da' pesi, e gabelle.

Non ostante qualunque legge, o statuto in contrario.

ter. Quorum medietatem Imperiali nostri Fisci Ærario; residuam vero partem injuriam passorum usibus decernimus applicari præsentium sub nostræ Imperialis Majestatis Sigillo, testimonio litterarum. Datum in Aula nostri Imperialis Palatii Constantinopolitani anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi MCCLXXXIV. prim. Junii, Imperii anno XXXIV.

Expedita per magni. Comitem Progonum Patronichium.
De mandato D. Imperatoris Georgius Candianus.

P. præfens N.

DE MADRID A X. DE AVRIL. M.D.XCV.

Traslado de la Consulta, que los Alcades de Corne hicieron a Su Magestad con su respuesta.

Cedula Reale del
Re di Spagna.

Tales Alcades dicen, que los titulos, que presenta D. Luys de Valdivia es un nombramiento, que en el hizo Juan Angelo Flavio, como Maestre de lo Orden de Sanct Zorze, y en el mismo titulo esta ynculsa una Bula de Paulo III. dada a sus antecessores para poder dar estos habitos, y hazer Maestres, y Doctores, y legitimar espurios, y otros muchos Privilegios, la qual parece fue confirmada per otros Pontifices; y tambien presenta una fe autorizada de un pleyto, que tratò en Roma el dicho Juan Angelo Flavio contra Juan Jorfe de Azefalonia, que le accuso aver usurpado el titulo de Maestre, y que dava habitos, fingiendo serlo, y haviendose nombrado Juez de commissiõ, se dio sentencia en el año de Noventa, y quatro, por la qual declararon al dicho D. Juan Angelo Flavio por verdadero Successor, y Maestre, y condenaron al dicho Juan Jorfe in Galeras perpetuas, y perdimiento de todos sus bienes para la Camera de Su Sanctidad, y estos papeles con los que el Nuntio testifica ser verdaderos, y assi les parece, que estos recaudos que D. Luys de Valdivia presenta, son buenos, verdaderos, y suficientes para podersele dar la licencia, que pide para traer este habito; y Su Magestad mandará lo que mas a su Real servicio convenga.

Gudiel; yeda, D. Francesco Mena de Barrionucui.

Pues os parece, que estos Papeles, que D. Luys de Valdivia a presentado, son bastante; permittasele que trayga el habito.

YO EL REY.

D I P L O M A

SACRÆ CÆSARÆ MAJESTATIS

AD FAVOREM JOANNIS ANDRÆ ANGELI FLAVII COMNENI

F E R D I N A N D U S .

Agnoscamus, & notum facimus tenore præsentium Universis, quod cum nobis Vir Ill. nominis Joannes Andreas Angelus Flavius Comnenus Princeps Macedoniæ, & Moldaviæ, Comes Drivasti, & Dyrrachii dictus, humiliter exposuerit non sine magno se doloris sensu, annales, & monumenta vetera legentem recordari, & ingemiscere solere, non tam de eo, quod antiquum familiæ suæ amplissimæ, & quondam potentissimæ splendorem, ex qua unus, & septuaginta Imperatores, tam Romani, quam Græci exorti per annos septingentos sexaginta quatuor, *vel utrumque*, vel alterum Imperium tenuerunt, in arcum rediisse videat, quam quod simul etiam advertat Ordinis Militaris Aureati Angelici, qui a Divo quondam Constantino Magno Imperatore institutus, ac postmodum ab Isaacio Angelo Comneno, aliisque deinceps Imperatoribus, necnon & Romanis Pontificibus auctus, & amplificatus sub Regula Divi Basilii, ac patrocinio, sive tutela Sancti Georgii militat, cujusque sibi, tanquam a dicto Isaacio Angelo Comneno, continua non interrupta serie descendentis jure successione, & sanguinis Magnum Magisterium competat, celebratum historiis virtutis militaris decus usque adeo obscuratum esse, ut vix pauci ex Scriptoribus præclari illius Ordinis meminerint. Id vero ipse cum eo maxime accidisse comperiat, quod Privilegia, & gratiæ Majoribus, & Ordini suo ab antememoratis Romanorum Imperatoribus Prædecessoribus nostris concessæ ab iis, ad quorum tutelam confugerant, non ea, qua oportebat patrocinii cura, factæ, & rectæ conservatæ sint, ideoque ipse in restitutionem Ordinis sui incumbens, id in primis secum statuerit, opus ad hoc sibi nostræ, & Augustæ Domus nostræ Austriacæ ope, & patrocinio esse, cujus clientellæ, ac protectioni cum suis se jam tum subijcere, ac tradere decreverit, ac proinde nos debita cum devotione rogarit, ut

Diploma dell'Imperatore Ferdinando II.

Rammemora l'amplicazione de' Privilegi fatta dagli altri Imperatori, e da i Sommi Romani Pontefici.

Conferma i Privilegi colla pie-
nezza della pote-
stà Imperiale.

se supplicem benigne suscipere, opemque, & patrocinium nostrum præstare, ac in primis privilegia jam antiquitus, ut memoratum est, Ordini suo indulta, & concessa, pari munificentia cum Prædecessoribus nostris ex potestatis nostræ Cæsareæ plenitudine confirmare dignemur. Nos sane non minus calamitatem magnæ familiæ, ex qua prædictus Joannes Andreas Angelus exortus esse perhibetur, quam ipsius Ordinis fortunam considerantes, quem ad paucos redactum ætas nostra vidit, interno quodam humani, piique affectus sensu commoti fuerimus, dignumque Augusta pietate, & magnificentia nostra Cæsarea duxerimus, vel ad vetustæ, & Augustæ Familiæ, de qua relatum, reliquias resuscitandas, vel ad decus instaurandum tam præclaræ Militiæ opem, & auxilium nostrum conferre, moti quoque ad hoc ea inter alias ratione, quod de hoc instituto, cum nostros, ac Sacri Imperii Principes quosdam præclare admodum sentire, tum illud a Serenissimo etiam Fratre nostro Archiduce Leopoldo commendari audivimus, ex certa scientia matura prius hac super de deliberatione cum Proceribus nostris habita prædicto Ordini Sacro Militiæ Angelicæ Aureatæ Constantinianæ S. Georgii, ejusque Ordinis Magnis Magistris ex prædicta Imperiali Familia natis aut nascituris omnia, & singula sua privilegia, prærogativas, exemptiones, & gratias, vel concessionem quascunque, sive a Summis Pontificibus, sive a Prædecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus ipsis datas, factas, confirmatas in omnibus suis punctis, clausulis, & articulis, perinde ac si de verbo ad verbum omnia, & singula his literis nostris inserta, & comprehensa essent, ratificamus, approbamus, & confirmamus: Volentes, & hoc edicto nostro Cæsareo statuantes, quod memoratus Ordo Sacer Militiæ Angelicæ Aureatæ Constantinianæ S. Georgii, omnibus illis, & nominatim hac, quam peculiariter ipsis confirmamus, gratia, portandi nimirum omnis generis arma tam offensionis, quam defensionis idonea, perinde ut alii Religiosorum Ordinum Equites sub omnibus, & singulis nobis, & Sacro Imperio mediate, vel immediate subjectis Terris, Provinciis, & ditionibus uti, frui, & gaudere debeat, & possit, de potestatis nostræ plenitudine, nemine omnino contradicente, quod ita tamen intelligi volumus, si ipse Ordo jam ante in possessione eorum sit, & quatenus id, neque in præjudicium

Su-

Confermazione di
esercitare tutte le
concessioni Apo-
stoliche, e Cesa-
ree.

Uso e possesso.

E che possa ogni
Cavaliere portar
armi proibite di
qualunque sorta
siano offensive, e
difensive, come
gli altri Ordini.

Supremæ Eminentiæ , & Regalium aliorum nostrorum , vel alterius cujuscumque jurium cedat . Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ concessionis , innovationis , confirmationis , & gratiæ paginam infringere , aut ei quovis ausu temerario contraire sub pœna indignationis nostræ gravissimæ , & centum marcarum auri puri , qua contrafacientes irremissibiliter medietate Fisco , seu Ærario nostro Imperiali , reliqua vero parte injuriam passi , seu passorum usibus applicata plectendos decrevimus . Harum testimonio literarum , quarum transumptis a Magno prædicti Ordinis Cancellario , aliave quavis persona in Ecclesiastica dignitate constituta auctorizatis eandem quam originalibus fidem haberi volumus , quæ manus nostræ subscriptione , & Sigilli Cæsarei appensione munita dabuntur in Civitate nostra Imperiali Ratisbonæ die III. mensis Novembris anno Domini MDCXXX. Regnorum nostrorum Romani XII. Hungarici XIII. Bohemiæ vero XIV.

Pena comminata a contrafacienti.

Ogni copia autentica del Cancelliere dell' Ordine valga come l'originale Privilegio.

FERDINANDUS .

D. H. a Stralendorff.

Ad mandatum S. C. M. provisum .

Joan. Walderode .

Locus ✱ Sigilli .

S E R E N I S S I M U S E L E C T O R

U T R I U S Q U E B A V A R I Æ D U X &c.

Univerfis , & singulis salutem , benevolentiam , & respectivè gratiam nostram .

Nihil sane veterum monumenta pervolventes magis admirationem in nobis , ac interni , piique effectus sensum excitat , quam adversa Augustæ quondam , ac Serenissimæ Familiæ Comnenorum fortuna , quæ tanto fulgori invidia diradantem Aquilam palloribus crescentis Lunæ obumbravit , Regnis , ac Provinciis spoliavit , ejusque dignitates tyrannidi , ac immanitati Thracis supposuit . Cum proinde , & melior fors doceat , & Principem deceat , occiduos tantæ familiæ splendoris , & signanter fluctuantem inter oblivionis procellas Crucem

Diploma del Serenissimo Duca di Baviera.

Z 2

Sa-

Riceve in protezione i Principi Gran Maestri, e Cavalieri.

Sacri Ordinis Militiæ Angelicæ Aureatæ Constantinianæ Sancti Georgii sub Regula divi Basilii militantis, & sub Magisterio supremo legitime natorum, ac nasciturorum ex dicta Imperiali Comnenorum familia reservati, placida protectionis aura in securitatis portum inducere. Hinc cognita magnanimitate Ill. D. Angeli Mariæ Angeli Flavii Comneni Macedoniæ, & Moldaviæ Principis, Comitibus Drivasti, & Dyrrachii dicti, qui ex tanta Familia Comnenorum exortus, & supremum ad præfens Magistratum prædictæ Militiæ Aureatæ Constantinianæ S. Georgii tenere perhibetur, necnon ejus animi constantia, zelo, & fide, quæ tanto clarius relucet, quanto ferventius illius in dicti Ordinis propagationem ejus, & proprii decoris instaurandi studium apparet, deliberato animo maturo consilio & præscitu, supradictum Ordinem Militiæ Aureatæ Constantinianæ S. Georgii una cum moderno illius, ac Supremis aliis futuris Magistris sub nostram protectionem, & clientelam recipimus, & præsentium tenore declaramus. Quo vero etiam effectus hujusce nostræ protectionis appareant, volumus, ut antedictus Sacer Ordo Militiæ Angelicæ Aureatæ Constantinianæ S. Georgii in nostris Electoralibus Provinciis, ac Statibus locum obtinere, & Equites ad normam Statutorum suorum recipere Crucem, ad eundem ordinem recipiendis deferre, ac illam palam portare valeant: Cæterum, ut eo modo privilegiis, exemptionibus, ac prærogativis suis, arma insuper tam offensionis, quam defensionis idonea (in quorum antea possessione fuerit) uti, frui, gaudere, & respectu ferre possit, quo Theutonici, & Melitenses Equites eorum Privilegiis, exemptionibus, & prærogativis utuntur, fruuntur, ac gaudent, & citra, vel minimum supremæ auctoritatis Regalium, ac aliorum quorumcumque nostrorum, vel alterius jurium præjudicium. Precipimus igitur omnibus, & singulis Spiritualibus, ac Sæcularibus, Prælatibus, Comitibus, Baronibus, Equitibus, Marchallibus, Locumtenentibus, Vicedominis, Dynastis, Præfectis, Officialibus, Consulibus, Judicibus, Consiliariis, Civibus, & Communitatibus, ac omnibus aliis nostris Fidelibus, ac dilectis subditis cujuscumque dignitatis sint, ut hujus nostræ declarationis, & concessionis paginæ ita in omnibus se conforment, quo in executione prædictorum omnium fufius narratorum Ordo prædictus Constantinianus fructibus protectionis,

ac

E perchè apparisse la sua protezione, volle il Sagro Ordine radicato in tutte le Province del suo Elettorato, a norma dell' Statuti di S. Basilio, e del Grande Istitutore Costantino, colla Croce ec. Accordando a' suoi Cavalieri ogni elezione, e prerogative.

Ordinando a tutti i sudditi così Ecclesiastici, come Secolari, Prelati, e Ministri di qualunque titolo, o dignità di uniformarsi al suo volere, ch'era quello, di voler rispettato in primo grado quest' Ordine.

ac concessionis nostræ modis, & formis, de quibus ante plene, & sine impedimento frui valeat. Qui vero contra hoc nostrum mandatum aliquid attentare præsumperit, pœna indignationis nostræ, & marcarum centum auri puri pro parte Cameræ nostræ Electorali, pro altero dimidio vero parti læsæ sine spe remissionis mulctabitur. In hujus rei fidem, & testimonium præsentem nostram subscriptione, & Sigillo Electorali firmatas fieri jussimus.

Patauii die VIII. mensis Julii anno MDCLXVII.

Locus ✠ Sigilli Ferdinandus Maria Elector &c.
Carolus Begnudellius Basus Secretarius &c.

SERENISSIMUS ELECTOR

UTRIUSQUE BAVARIÆ DUX &c.

Dominus noster clementissimus audita expositione sibi facta pro parte Comitissæ Bertucci Equitis Magnæ Crucis S. Georgii pro Domino Angelo Maria Angelo Flavio Comneno dictæ Militiæ Supremo Magistro intervenientis, tam circa Equitum nominationem, quam Ordinis instaurationem, hilari, & grato animo Magni Magistri intentionem respiciens, atque ejus, & Militiæ S. Georgii desideriis favorabiliter annuens, denuo cum dicto Supremo istius Militiæ Moderatore ipsum Ordinem sub singularem protectionem, & tutelam suscipit, & Diploma ea desuper ab Elect. Cels. sua concessum confirmat.

Diploma del Serenissimo Elettore Duca di Baviera.

Gratiis deinde, & propensionis affectu respondet generositati dicti Magni Magistri pro oblatione sibi facta circa nominationem Equitum S. Georgiana Cruce signandorum, cuique proinde virtute desiderium dicti Magni Magistri ipsis effectibus complectetur.

Ut vero etiam tanto clarior omnibus appareat S. E. Cels. suæ in dictum Magnum Magistrum, & ejus Militiam S. Georgii protectio dabit literas commendatitias ad Summum Pontificem, & ad quos S. E. Cels. suæ visum fuerit secundum petita, atque hic Monachii Aedes cum Ecclesia, ut inibi spirituales, & aliæ Ordinis S. Georgii functiones peragi, & Equitum Receptores habitare valeant.

Concede Casa per abitazione a Cavalieri, e Chiesa per le sacre funzioni dell'Ordine.

Instituere pariter Commendas, prævia assignatione quarundam

dam

Istruisce Com-
mende a favor de'
Cavalieri da go-
derne il frutto sol-
tanto.

dam Præfecturarum, quarum fructus, qui secundum consue-
tudinem hujus Provinciæ ejusmodi Præfectis cedere solent,
nonnisi Equitibus S. Georgii assignabuntur, cum hac tamen
reservatione, & pacto expresso, quod omnis dictarum Præfe-
cturarum jurisdictio, Territorialia, & omnia alia jura, eorum-
que fructus, & emolumenta, quæ ex more, & consuetudine
Provinciæ non ad Præfectos, sed Principem Terræ pertinent,
& ad præsens sibi Electorali Domui, & successoribus compe-
tunt, sibi, posteris, & successoribus illæsa servantur, & nullo
sub prætextu, exemptione, vel privilegio dictæ Militiæ com-
petenti vulnerari valeant, adeoque Equites Commendatores,
quos semper ipsi Serenissimi Electores, & successores (non ve-
ro Magnus Magister, ut Ordo), cum pacto Serenissimus E-
lector Cels. suæ inserviendi, aut alio quovis modo, & forma
iustituet, & dictis Præfecturis præficiet, ac de iis ad libitum
disponet, nonnisi earumdem fructibus gaudere valeant.

Sottomette alla
direzione dell'Or-
dine la Chiefa
Confraternita di
S. Giorgio.

Archiconfraternitatem S. Georgii in Aulæ Elect. sacello
erectam submittet directioni Militiæ S. Georgii, itaut semper
Miles S. Georgii armatus illi præsit.

Cæterum curabit perquiri de prædiis incultis Militiæ San-
cti Georgii assignandis, cum hoc ut suis loco, & tempore no-
bilitatis Electoralium Statuum, præsertim illius Provinciæ ubi
bona sita fuerint, secundum oblata in Equestribus exercitiis
condigna ratio habeatur.

Hæc pro responso significantur antedicto Comiti Bertucci
de mandato Serenissimi Electoris, qui propensam ejus volun-
tatem illi confirmat &c.

Monochii die XXVI. mensis Julii MDCLXIX.

Ferdinandus Maria Elector &c.

Locus ✠ Sigilli

Carolus Begnudellius B. S. &c.

LEO-

L E O P O L D U S

DIVINA FAVENTE CLEMENTIA ELECTUS

Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiae, Sclavoniæ &c. Rex, Arcidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantæ, Stiræ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac superioris, & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ, & Teckæ, Princeps Sveciæ, Comes Habsburgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac superioris, & inferioris Lusatiae, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum.

Agnosimus, & notum facimus tenore præsentium universis, quod cum nobis Vir Illustris Angelus Maria Angelus Flavius Comnenus Macedoniæ Princeps, Comes Drivasti, & Dyrrachii, dictus Sacri Ordinis Militiæ Anglicæ Aureatæ Constantinianæ S. Georgii Magnus Magister humiliter exposuerit, Confobrinum, & Antecessorem suum dicti Ordinis Magnum quondam Magistrum Joannem Andream a Divo quondam Avo, & Prædecessore nostro colendissimo Romanorum Imperatore Ferdinando II. gloriøsæ memoriæ privilegiorum, prærogativarum, exemptionum, & gratiarum memoratæ Militiæ Anglicæ Aureatæ, sive a Summis Pontificibus, sive Romanorum Imperatoribus prædecessoribus nostris gloriosissimis concessarum confirmationem obtinuisse in hæc verba.

FERDINANDUS II. *Divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiae, Sclavoniæ &c. Rex, Arcidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantæ, Stiræ, Carinthiæ, Carniolæ, & Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac superioris, & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ, & Teckæ, Princeps Sveciæ, Comes Habsburgi, Tyrolis, Ferretis, Hyburgi, & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac superioris, & inferioris Lusatiae, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum.*

Agnosimus, & notum facimus tenore præsentium universis, quod cum nobis vir Illustris nominis Joannes Andreas Angelus

Privilegio dell' Imperador Leopoldo.

Flz-

L' Imp. Ferdinando II. riconosce il Principe Gio: Andrea per uno de' settanta Imperatori della sua Famiglia.

Flavius Comnenus Princeps Macedoniae, & Moldaviae, Comes Drivasti, & Dyrrachii dictus humiliter exposuerit, non sine magno se doloris sensu annales, & monumenta vetera legentem recordari, & ingemiscere solere, non tam de eo, quod antiquum Familiae suae amplissimae, & quondam potentissimae splendorem, ex qua unus & septuaginta Imperatores tam Romani, quam Graeci exorti per annos septingentos sexaginta quatuor, vel utrumque, vel alterum Imperium tenuerunt, in arctum rediisse videat, quam quod simul etiam adveniat Ordinis Militaris Aureati Angelici, qui a Divo quondam Constantino Magno Imperatore institutus, ac postmodum ab Isaacio Angelo Comneno, aliisque deinceps Imperatoribus, necnon & Romanis Pontificibus auctus sub regula Divi Basilii, & patrocinio, sive tutela S. Georgii militat, cujusque sibi tanquam a dicto Isaacio Angelo Comneno continua non interrupta serie descendenti jure successionis, & sanguinis Magnum Magistlerium competat, celebratum historii virtutis militaris decus usque adeo obscuratum esse, ut vix pauci ex Scriptoribus praclari illius Ordinis ineminerint. Id vero ipse cum ex eo maxime accidisse comperiat, quod Privilegia, & gratiae Majoribus, & Ordini suo ab ante memoratis Romanorum Imperatoribus praedecessoribus nostris concessae, ab iis, ad quorum tutelam confugerant, non ea qua oportebat patrocinii cura sanctae & rectae conservatae sint, ideoque ipsae in restitutionem Ordinis sui incumbens, id imprimis secum statuerit, opus ad hoc sibi nostra, & Augusta Domus nostrae Austriacae opera, & patrocinio esse, cujus clientelae, ac protectioni cum suis se jam tum subicere, ac tradere decreverit, ac proinde Nos debita cum devotione rogarit, ut se supplicem benigne suscipere, opemque & patrocinium nostrum praestare, ac in primis privilegia jam antiquitus, ut memoratum est, Ordini suo indulta, & concessa, pari munificentia cum Praedecessoribus nostris ex potestatis nostrae Caesarea plenitudine confirmare dignaremur.

Se ne dichiara Protettore.

Nos sane non minus calamitatem Magnae Familiae, ex qua praedictus Joannes Andreas Angelus exortus esse perhibetur, quam ipsius Ordinis fortunam considerantes, quem ad paucos redactum aetas nostra vidit, interno quodam humani, piique affectus sensu commoti fuerimus, dignumque Augusta pietate, & munificentia nostra Caesarea duxerimus, vel ad vetustae, & Augustae Familiae, de qua relatum, reliquias resuscitandas, vel ad decus instaurantum, tam praclarae Militiae operi, & auxilium nostrum conferre, moti quo-

quoque ad hoc, ea inter alias ratione, quod de hoc Instituto, cum nostros, ac Sacri Imperii Principes quosdam præclare admodum sentire, tum illud a Serenissimo eiam fraure nostro Archiduce Leopoldo commendari audivimus, ex certa scientia, matura prius hac super re deliberatione cum proceribus nostris habita, prædicto Ordini Sacro Militiæ Anglicæ Aurææ Constantinianæ Sancti Georgii, ejusque Ordinis Magnis Magistris ex prædicta Imperiali Familia natis, aut nascituris omnia & singula sua privilegia, prerogativas, exemptiones, & gratias, vel concessionem quascunque, sive a Summis Ecclesiæ Pontificibus, sive a Prædecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus ipsi datas, factas, confirmatas, in omnibus suis punctis, clausulis, & articulis, perinde ac si de verbo ad verbum omnia & singula his literis nostris inscripserint, & comprehensa essent, ratificamus, approbamus, & confirmamus. Volentes, & hoc edito nostro Cæsareo statuentes, quod memoratus Ordo Sacro Militiæ Anglicæ Aurææ Constantinianæ Sancti Georgii omnibus illis, & nominatim hæc, quam peculiariter ipsis confirmamus, gratia, portandi nimirum omnis generis arma, tam offensionis, quam defensionis idonea; perinde ut attinet Religiosorum Ordinum Equites sub omnibus & singulis nobis, & Sacro Imperio mediate, vel immediate subjectis Terris, Provinciis, & Ditionibus, uti, frui, & gaudere debeant, & possint, de potestatis nostræ plenitudine, nemine omnino contradicente; quod ita tamen intelligi volumus, si ipse Ordo jam ante in possessione eorum sit, & quantum id neque in præjudicium Supremæ Eminentię, & Regalium, aliorumve nostrorum, vel alterius cujuscunque juri cedat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ concessionis, innovationis, confirmationis, & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire sub pœna indignationis nostræ gravissimæ, & centum marcharum auri puri, quæ contrasfacientes irreversibiliter medietate Fisco, seu Arario nostro Imperiali, reliqua vero parte injuriam passi, seu passorum usibus applicata plectendos decernimus. Harum testimonio literarum, quarum transumptis a Magno prædicti Ordinis Cancellario, aliave quavis persona in Ecclesiastica dignitate constituta auctorizatis, eandem quam originalem fidem haberi volumus, quæ manus nostræ subscriptione, & Sigilli Cæsarei appensione munita dabuntur in Civitate nostra Imperiali Ratisbonæ die tertia mensis Novembris anno Domini MDCXXX. Regnorum nostrorum Romani XII., Hungarici XIII.,

A a

Bohe-

Confermandoturi i Privilej, che si ritrovano concessi a quest'Ordine.

E che possano i Cavalieri vederli per tutte le Provincie, e Regni a lui soggetti, e senza che niuno possa impedirgli.

Sotto pena dicento marche d'oro a' contradicenti.

E che ogni esemplare, ancorchè firmato dal solo Cancelliere dell'Ordine, o da qualunque Ecclesiastico, valga per originale, come se vi fosse l'Imperiale sottoscrizione, e sigillo Cæsareo.

Bohemici vero XIV. = Ferdinandus = D. N. a Stralendorf. = Ad mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis provisum = Johannes Walderode.

Porroque supranumeratus Angelus Maria Flavius Comnenus Macedoniæ Princeps, tanquam sæpe dicti Sacri Ordinis modernus Magnus Magister dimisse rogarit, ut & nos laudabili Prædecessorum nostrorum instituto, atque exemplo, vestigiisque dicti colendissimi quondam Domini Avi nostri Ferdinandi II. Romanorum Imperatoris insistentes supramentionata sui Ordinis Privilegia, atque immunitates confirmare, & auctoritate nostra roborare clementer dignaremur; nos sane non minus memoriam Magnæ Familiæ, ex qua prædictus Angelus Maria exortus esse perhibetur, quam ipsius Sacri Ordinis fortunam recolentes, ipsum dignum Augusta pietate, & munificentia nostra Cæsarea duxerimus.

Qui proinde ex certa scientia, matura prius hac super re deliberatione habita, prædicto Ordini Sacræ Militiæ Anglicæ Aureatæ Constantinianæ S. Georgii, ejusque Ordinis Magnis Magistris ex sæpius mentionata Imperiali Comnenorum Familia natis, aut nascituris omnia, & singula sua privilegia, prærogativas, exemptiones, & gratias, vel concessiones quascunque sive a Summis Pontificibus, sive a Prædecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus, ac novissime a Divo Ferdinando II. Domino Avo, & Prædecessore nostro colendissimo ipsi datas, factas, confirmatas in omnibus suis punctis, clausulis, & articulis, perinde ac si de verbo ad verbum omnia, & singula his literis nostris inserta, & comprehensa essent ratificamus, approbamus, & confirmamus.

Volentes, & hoc edicto nostro Cæsareo statuantes, quod memoratus Ordo Sacer Militiæ Anglicæ Aureatæ Constantinianæ Sancti Georgii omnibus illis, & nominatim hac, quam peculialiter ipsis confirmamus, gratia, portandi nimirum omnis generis arma tam offensioni, quam defensioni idonea, perinde ut alii Religiosorum Ordinum Equites sub omnibus, singulis nobis, & Sacro Imperio mediate, vel immediate subjectis Terris, Provinciis, & ditionibus, uti, frui, & gaudere debeat, & possit de potestatis nostræ plenitudine, nemine omnino contradicente. Quod eatenus intelligi volumus, quatenus ipse Ordo jam ante in possessione eorum est, nec in præjudicium Supre-

Con facoltà di portare ogni genere d'armi offensive, e difensive, e di tutto, niuno eccettuato.

præmæ Eminentæ, & Regalium; aliorumve nostrorum, vel alterius cujuscumque jurium cedit.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ concessionis, innovationis, confirmationis, & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire sub pœna indignationis nostræ gravissimæ, & centum marcarum auri puri, qua contrafacientes irremissibiliter medietate Fisco, seu Ærario nostro Imperiali, reliqua vero parte injuriam passi, seu passorum usibus applicata plectendos decernimus. Harum testimonio literarum, quarum transumptis a Magno prædicti Ordinis Cancellario, aliave quavis persona in Ecclesiastica dignitate constituta auctorizatis, eandem quam originalibus fidem haberi volumus, quæ manus nostræ subscriptione, & sigilli Cæsarei appensione munitæ dabuntur in Civitate nostra Viennæ die XXV. Junii anno Domini MDCLXXI. Regnorum nostrorum Romani XIII., Hungarici XVI., Bohemici vero XV.

LEOPOLDUS.

V. Leopoldus Guillielmus Comes in Kinigseggs:

Ad mandatum Sacr. Cæs. Majest. provisum.

Christoph. Beverc.

Colation. Ludovicus Ulostorff. Registrator &c.

Locus ✠ Sigilli.

J O A N N E S T E R T I U S

Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuanæ, Russiæ,

Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kyoviæ, Volyniæ,

Podolæ, Podlachæ, Livoniæ, Smolen, .

Sverviæ, Czernichouræque &c.

Significamus præsentī Diplomate nostro quorum interest universis, & singulis inter insignia, quæ humanum genus præcipue exornant decora prima jure merito tenet martia virtus, quæ sibi debitum vindicat, & laudum, & præmiorum vesticigal. Illa enim est, quæ non atramento, sed sanguine, non calamo, sed ferro, non in triviali literario Palladis pulvere, sed in ardua Bellonæ arena, nomen Heroum inscribit

Diploma di Giovanni III. Re di Polonia.

A a z

immor-

immortale, præclara victoriarum erigit trophæa, adoreas statuit securæ posteritati grato animo æviterne recolendas. Nullum Christiani nominis majus ornamentum, nullus thesaurus opulentior, nullum sublimius honoris est fastigium, quam bellica virtus, quæ indelebili caractere insignita, signum S. Crucis præferebat, tam suis Clientibus amandum, quam hostium copiis formidandum. Eam etenim in Divo Constantino Magno infallibilem ipsius Cœli suffragio contra inimicum Crucis Christi Maxentium recepit tesseram IN HOC SIGNO VINCES. Qui proinde primus ac Princeps Institutor divino accepto oraculo extitit dignissimi Ordinis Militiæ Equestris Angelicæ Aureatæ S. Georgii sub Regula Divi Basilii militantis. Hic Sacerdos, eos in Orbe Christiano sumpsit progressus, & incrementa, ut eundem velut alterum Cœlum splendidissima sydera unus & septuaginta Imperatores tam Romani, quam Græci per annos septingentos quatuor, qui vel utrumque, vel alterum Imperium tenuerunt, illustraverint, qui ab Isaacio Angelo Comneno, aliisque succedaneis Imperatoribus auctus, a Romanis Pontificibus spiritualibus indulgentiarum thesauris locupletatus, a tot invicti animi Heroibus præclare pro Sanctæ Crucis, Fideique Christianæ integritate contra Ottomanicam præcipue Lunam præclare gestis amplificatus primo, ac principi loco in Christiana Militia contra Infidelium turmas reponi meretur. Inter primas proinde Principum, Regumque Christianorum curas non postremam esse, ut & ipsis cordi habeatur, & suorum Subditorum pectoribus profunde inferibatur id quod tot Imperatores, Reges, Principesque fecere. Quorum laudandis insistendo exemplis, Sacrum hunc Christianæ Militiæ Ordinem in Regno, ac Provinciis nostris promotum esse summo studio vellemus eo vel maxime tempore, quo arma nostra cum aliis Christianis Principibus sociata contra eosdem infensissimos, potentissimosque Sanctæ Crucis, & Christianorum hostes Tureas movimus, & benedicente dextera Domini in expeditione nostra contra eosdem, atque conflictu, profligationeque ipsorum ad Viennam, & Strigonium prospero Ottomanicæ Lunæ cornua notabiliter attrivimus. Omnibus igitur, & singulis Dignitatibus, Officialibus, Magistratibus nostris in Regno, ac Magno Ducatu Lythuanicæ jurisdictionem quamvis habentibus, ad notitiam deducentes volumus, ac præsentibus præ-

præcipimus, ut supra nominatus Sacer Ordo Militiæ Constantinianæ in Regno, Dominiisque nostris locum habeat, ejusdemque Equites ad normam Statutorum suorum in dictum Ordinem recipere, omnibusque Privilegiis, juribus, prerogativis, gratiis, exemptionibus, & immunitatibus a Summis Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, & Principibus concessis, approbatis, auctisque gaudere vigore præsentium protectionis, & concessionis nostræ literarum permittant sub gravi indignatione nostra, & pœnis ex arbitrio judicii nostri decernendis. In cujus rei fidem præfens Diploma manu nostra subscriptum Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Javoroviæ in Russia die XI. Maji anno MDCLXXXIV. Regni nostri . . .

Vuole, che detto Sacro Ordine abbia a godere ne' suoi Regni, e Domini tutti i Privilegi, che si ritrovano concessi ne' suoi Statuti da tanti Pontefici, Imperatori, Re, e Principi, accordandosi la di lui Reale protezione.

JOANNES REX.

Stanislaus Sezuka.

Pocillor. Vifnen. S. R. M. SS.

PAULUSEPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Paulo Angelo, & Andreæ etiam Angelo Fratribus germanis, Canonicis Ecclesiæ Drivaſtensis salutem, & Apostolicam benedictionem.

CUM a nobis petitur, quod justum, & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum, eapropter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates a felicitis record. Calisto III., Pio II., & Sixto IV., ac aliis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, sive per privilegia, & alia indulta, quondam progenitoribus vestris, qui ut asseritur Ecclesiam Drivaſten. una cum Domo Episcopali, & Canonicali, Canonica nuncupata pro Canonicis Sacerdotibus, & aliis Clericis religiose in communi degentibus de propriis bonis suis fundarunt, & illam necessariis fulcierunt, & dicte Ecclesiæ, ac vobis concessas, necnon libertates, & exemptiones sæcurarium exactioſum ab Imperatoribus, Regibus, & Principibus, ac aliis Christifidelibus progenitoribus vestris, & Ecclesiæ præ-

Confirma i Privilegi de' suoi antecessori Pontefici, e conferma ancora quelli de' Imperatori, Re, e d'altri Principi.

fatis,

fatis, ac vobis rationabiliter indultas; sicuti ea omnia iuste, & pacifice possidetis vobis, & dictæ Ecclesiæ, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocínio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, & communionis infringere, vel ei ausu temerario contrariare. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MDXL. VIII. Kal. Maji, Pontificatus nostri anno VI.

A. Capata.

Locus ✠ Sigilli plumbei.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Dilectis Filiis nobilibus Viris Andreae Angelo, & Paulo etiam Angelo Canonicis, ac Comitibus Drivasten. salutem, & Apostolicam benedictionem.

Bolla di Paolo III.

PRomeretur sinceræ vestræ devotionis affectus, quem ad nos, & Romanam Ecclesiam gerere comprobavimus, ut petitionibus vestris favorabiliter annuamus. Ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quod vos, qui sicut accepimus germani Fratres ac nobiles estis, & quorum Progenitores ex Romanis proceribus descenderunt, ac ex quibus plures Imperium Constantinopolis diutius possederunt, ac eis illi qui inde fugati fuerunt usque ad quondam Petrum Angelum Comitem Drivasten. vestrum Genitorem una cum suo Germano Paulo Angelo Archiepiscopo Dyrrachien. tempore fel. rec. Pii Papæ II. Prædecessoris nostri, S. R. E. Cardinalis, ac etiam bon. mem. Georgio Scanderbeg dicto tempore Epyri, & Albanæ Rege declarato eorum affine pro defensione Catholicæ Fidei jugiter contra Infideles, & quoslibet hostes magna, mirandaque propriis eorum sumptibus in Fidei Christianæ, ac Venetorum tutelam, seu defensionem, ut satis omnibus notum extitit, operati fuerunt, & deinde ab Infidelibus ipsis omnibus bonis privati, ad Venetos se contulerunt, Imperiumque Constantinopoli

lis a Palæologis per multum tempus, & usquequo Turcæ immanissimi illud occuparunt detentum, seu occupatum ad vos tanquam, ut præfertur ex masculina linea descendentes spectat, & pertinet, & juxta concessionem per recol. mem. Leonem Primum Imperatorem Progenitoribus, ac vobis, & Fratribus, & descendentibus vestris factam, & per nos confirmatam immunes, & exempti estis impositionibus, ac decimis, gravamini, taliter quod illas amplius sufferre non valentes ad nos refugium habere cogimini. Quare pro parte vestra, qui ut ex fide dignorum relationibus intelleximus ex Illustri Imperatorum Familia originem ducitis, ac nequatis non juxta vestræ nobilitatis gradum, sed tanquam privati, & pauperes vivere, vixque vitam sustentare valeatis, nobis fuit humiliter supplicatum, ut vobis in præmissis opportunis providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur indemnitati vestræ in præmissis opportune providere, vosque gratioso favore prosequi volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, vobis, & cuilibet vestrum, ~~quod de cætero, ac etiam pro tempore~~ jam decurso ratione unius Sancti Angeli de Sala, & illius fabricæ, ac alterius de Briana Paduan., & Trivisan. respectively Diœcesis Parochialium Ecclesiarum, quas respectively obtinetis, decimam aliquam persolvere immunes teneamini, sed Sancti Angeli, ejusque fabrica, ac de Briana Ecclesiæ prædictæ a quibuscumque gravamine, ac decima tam per dictos Venetos, quam etiam ex commissione, & auctoritate Apostolica impositis, & imponendis liberi, immunes, & exempti, quoad vixeritis, existatis, eadem auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, decernentes vos, ac vestrum quemlibet ad solvendum amplius quicquam, etiamsi de eisdem Ecclesiis, ac fabrica specialis plena, & expressa, ac de verbo ad verbum mentio fiat, per Collectores pro tempore existentes, & alios quoscumque hujusmodi nullatenus posse. Quocirca Venerabili Fratri Episcopo Casenaten., & dilectis Filiis Vicariis venerabilium Fratrum nostrorum Paduan., & Trivisan. Episcoporum in spiritualibus generalibus per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, si, & quando opus fuerit, ac pro parte vestra, & aliqujus vestrum fuerint requisiti præsentis literas solemniter publicantes, faciant auctoritate nostra vos, ac vestrum quemli-

Immunità delli
peli, decime, e
gabelle.

bet concessione, ac decreto præfatis, ac omnibus, & singulis in præsentibus literis quomodolibet contentis pacifice frui, & gaudere, nec permittant vos, ac vestrum quemlibet contra earundem præsentium tenorem per eisdem Collectores, alios quoscumque quomodolibet indcbite molestari, Contradictores quoslibet, & rebelles etiam per quascumque, de quibus eis placuerit, censuras, & pœnas, ac alia opportuna juris remedia, appellatione postposita compescendo, ipsasque censuras, & pœnas quoties opus fuerit, etiam iteratis vicibus aggravando, & constituto, eis summarie de non tuto accessu, citationes quaslibet etiam per edictum publicum locis affigendum publicis faciendo, & quibus inhibendum fuerit etiam sub eisdem censuris, & pœnis inhibendo, invocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis. Non obstantibus piæ mem. Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis edita, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium non trahatur, ac aliis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, Privilegiis, quoque Indultis, ac Literis Apostolicis etiam in forma Brevis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, & nos, ac Sedem Apostolicam etiam motuproprio, & ex certa scientia, etiam concistorialiter, & cum quibuscumque etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibusque, & aliis decretis quomodolibet etiam pluribus concessis, confirmatis, & innovatis, quibus illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis necnon modo, & forma ad id servandis pro individuo servatis, habentes hac vice dumtaxat illis alias in suo robore permansuris, harum serie specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, decreti, mandati, & derogationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incar-

na-

nationis Dominicæ MDXLV. Priid. Non. Decembris, Pontifictus nostri anno XII.

L. de Torres.

L. de Saulis.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Apostolica.

DILECTO FILIO NOBILI VIRO

FRANCISCO FARNESIO

PARMÆ; ET PLACENTIÆ DUCI

INNOCENTIUS PAPA XII.

Dilecte Fili Nobilis Vir; salutem, & Apostolicam benedictionem.

Sinceræ fidei, & singularis devotionis affectus, quem erga Nos, & Sedem Apostolicam gerere comprobatis, necnon præclara, & multiplicia Illustris Familiæ tuæ Farnesiæ in eadem Sedem merita nos adducunt, ut ea tibi, ac tuis futuris natis, & descenditibus, aliisque ejusdem tuæ Familiæ Principibus libenter concedamus, per quæ honorum vobis fiat accessio, & perenne aliquod paternæ nostræ in te, tuamque Familiam prædictam voluntatis extet monumentum.

§. I. Cum itaque sicut dilectus Filius nobilis Vir Joannes Andreas Angelus Flavius Comnenus Princeps Macedoniæ, ac Magnus Magister Militiæ Aureatæ Constantinianæ sub titulo S. Georgii, & Regula S. Basilii Magni Nobis nuper significavit, ipse qui (ut asserit) nobilis, & antiquæ Familiæ suæ Angelæ Flavie Comnenæ solus superstes, ac non tam liberis, quam spe illos procreandi destitutus extitit, quippe qui in provecta ætate constitutus jam reperitur, necnon parum firma, ac bellicis ærumnis fessa valetudine, summo opere cupiens in officio seu munere Magni Magistri, seu perpetui Administratoris Militiæ prædictæ, quod longissimo tempore ab ejus Progenitoribus continua, ac non interrupta serie obtentum & possessum fuit, dari sibi successorem prævalidum, cujus ope, ac virtute Militia præfata relevetur, & præservetur a noxiis,

B b

necnon

Bolla d'Innocenzo XII. spedita l' anno 1699. a favore del Serenissimo Francesco Duca di Parma, e Piacenza, nella quale si approva la cessione del G. Magistero fatta a di lui favore dal Principe Gio: Andrea Angelo Flavio Comneno.

Si narra, che il detto Gio: Andrea già vecchio ritrovavasi senza figli, e senza speranza d'averne.

E che percibaveva stabilito di rinunciare, e cedere a favore del Duca di Parma, e Piacenza D. Francesco Farnese, e suoi figli, Nipoti, e discendenti il Gran Magistaro, che gli spettava dell'Ordine Costantiniano.

Come effettivamente aveva rinunciato, colla riserva però del beneplacito del Sommo Pontefice.

E per tanto il medesimo Sommo Pontefice approvata tale rinunzia, e cessione del Gran Magistaro.

necnon latoribus, benedicente Domino, proficiat incrementis, ad nobilitatem tuam egregiis naturæ, gratiæque divinæ muneribus præfulgentem mentis suæ oculos provide direxerit, juribusque sibi hac in re quovis modo competentibus, seu quæ sibi competere existimaverat, utens tibi, ac tuis successive natis, nepotibus, & descendantibus, aliisque Familiæ tuæ Farnesæ prædictæ successoribus Parmæ, & Placentiæ Ducibus pro tempore existentibus officium, seu munus hujusmodi (reservato tamen desuper nostro, & dictæ Sedis beneplacito) resignaverit. Hinc est quod nos sperantes in Domino te, cui præter generis splendorem, ac domestica Majorum exempla Catholici Religionis tuendæ zelus, aliæque eximie, ac pio prudentique Principi dignæ virtutes abunde suffragantur Militiæ prædictæ plurimum utilitatis adspirante superni favoris auxilio allaturum esse, ac proinde felicibus ejusdem Militiæ progressibus, quæ (ut asseritur) diversis privilegiis, gratiis, & indulgentiis a quamplurimis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris insignita fuit, quantum nobis ex alto conceditur, opportune consulere, teque speciali favore gratiæ prosequi volentes, tibi, ac dicti Joannis Andreæ Principis, ac Magni Magistri singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, necnon prædicti officii, seu muneris erectionem, naturam, statum, qualitates, & circumstantias quascumque, etiamsi electivum, & personale existat, aliave qualibet etiam specifica, & individua mentione, & expressione digna præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac exactissime, & accuratissime specificatis habentes, supplicationibus tam tui, quam ejusdem Joannis Andreæ Principis, ac Magni Magistri nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, eisque benigne annuentes, ac etiam Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine resignationem dicti officii, seu muneris Magni Magistri, seu perpetui Administratoris Militiæ Aureatæ Constantinianæ tibi, ac tuis post te natis nepotibus, & descendantibus, aliisque Familiæ tuæ Farnesæ supradictæ

success-

successoribus, Parmæ, & Placentiæ Ducibus pro tempore existentibus a memorato Joanne Andrea Principe, ac Magno Magistro factam, ut præfetur, publicumque desuper confectum instrumentum, seu scripturas, cum omnibus & singulis in eis contentis, alias tamen licitis & honestis, ac Apostolicæ Sedi prædictæ, illiusque auctoritati minime adversantibus, tenore præsentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis, & irrefragabilis Apostolicæ firmitatis vim, robur, & efficaciam, & validitatem adjungimus, & adjicimus, ac omnes & singulos juris & facti, & solemnitatum quarumcumque tam ex juris communis, & constitutionum, privilegiorum, & indultorum Apostolicorum, necnon Militiæ prædictæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratorum statutorum, seu stabilimentorum quorumlibet præscripto, quam de stylo, usu, & consuetudine, etiam immemorabili, seu alias quomodolibet in similibus etiam de necessitate observandorum, & alios quosvis etiam quantumvis formales, & substantiales, & incogitatos, & inexcogitabiles defectus, si qui in præmissis personaliter, vel accessorie, seu antecederent, consequenter, vel concomitanter, aut alias quomodolibet intervenerint, seu intervenisse, dici, censer, prætendi, vel intelligi quomodocumque, & quandocumque possent, etiamsi tales sint, ut nonnisi facta eorum specifica, & individua mentione, & espressione sanare possint, plenissime, & amplissime supplemus, & sanamus, ac penitus, & omnino tollimus, abrogamus, & abolemus.

§. II. Et nihilominus ad majorem & abundantiorum cautelam, & quatenus opus sit, ac etiam omni alio meliori modo, via, jure, & forma, quibus firmitus, & validius facere possumus, tibi, ac prædictis tuis natis, nepotibus, & descendentibus, aliisque Familiæ tuæ hujusmodi successoribus Parmæ, & Placentiæ Ducibus pro tempore existentibus suo ordine respective supradictum officium, seu munus Magni Magistri, seu perpetui Administratoris Militiæ Auratæ Constantinianæ præmissis, vel alias certo quem præsentibus itidem pro expresso haberi volumus, modo vacans cum omnibus & singulis illius honoribus, juribus, præminentiis, & prærogativis solitis & consuetis, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, harum serie perpetuo concedimus, & assignamus.

E per maggior cautela lo stesso Pontefice di nuovo concede l'ufficio di G. Maestro al detto Francesco Farnese, ed a tutt' i suoi figli, nipoti, e discendenti.

Con tutti gli onori, ragioni, e prerogative solite, ed appartenenti alli Predecessori Gran Maestri.

mus. Necnon vobiscum super receptionis in Fratres, Milites Militiæ prædictæ susceptionis habitus per eosdem gestari soliti, ac professionis per illos emitti consuetæ regularium, necnon servitiorum quorumlibet a statutis, vel stabilimentis hujusmodi præscriptorum, ac aliarum quarumvis per eadem statuta, seu stabilimenta, ac Privilegia, & Indulta Apostolica ad obtinendum Officium, seu munus hujusmodi, illiusque jurisdictionem, potestatem, præminentias, & prærogativas exercendum quomodolibet requisitarum quantitarum defectibus, ceterisque impedimentis quibuscumque, hac in re vobis quomodolibet obstantibus, & quomodocumque obstituris, seu quæ vobis obflare quovis modo prætendi, censerì, vel intelligi possent, ad præmissorum effectum, quatenus opus sit, etiam ex nunc, prout ex tunc, & e contra de specialis dono gratiæ dispensamus.

Ordinando a tutt'i Cavalieri dell'Ordine, che prestino obbedienza al detto nuovo Gr. Maestro, e suoi Successori.

§. III. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedienciæ, ac districte præcipientes omnibus & singulis memoratæ Militiæ Officialibus, & Ministris, quocumque nomine nuncupatis Militibus, Fratribus, & personis, ceterisque, ad quos spectat, & quodcumque spectabit in futurum, ut se statim, post te vero prædictos tuos natos nepotes, & descendentes, aliosque memoratæ Familiæ tuæ successores Parmæ, & Placentiæ Duces pro tempore existentes ad officium, seu munus Magni Magistri, seu perpetui Administratoris hujusmodi, ejusque liberum exercitium juxta tenorem præsentium recipiant, & admittant, vosque recognoscant, ac vobis in omnibus, quæ ad idem officium, seu munus pertinent, pareant, & obediant, faveantque, & assistant respective.

Ancorchè questa Bolla non si trovasse registrata nella Cancelleria dell'Ordine, deve avere il suo vigore ed esecuzione &c.

§. IV. Ac decernentes ipsas præsentès literas, etiamsi in Cancelleria Militiæ supradictæ nunquam registrantur, nec admittantur, nihilominus firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac vobis plenissime suffragari in omnibus, & per omnia perinde si ab iis, ad quos ea res spectat unanimiter, nemineque penitus discrepante, vel contradicente admittæ, & in Cancelleria prædicta registratæ fuissent, neque ipsas præsentès literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet etiam primioris, seu primi cujuscumque status, gradus, ordinis, præminentiæ, & dignitatis, seu alias specifica, seu

seu individua mentione digni existant in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causæ, propter quas ipsæ præsentès emanarint, adductæ, verificatæ, justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis iusta, pia, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, individuumque expressionem requirente defectu notari, impugnari, & infringi, modificari, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris, seu statutorum, seu stabilimentorum, ac consuetudinum, usuumque, & privilegiorum dicte Militiæ reduci, aut adversus illas, aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, nec easdem præsentès literas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aliisve contrariis dispositionibus etiam per nos, & Romanos Pontifices successores nostros, & Sedem prædictam quovis modo etiam per viam legis, & constitutionis generalis, seu statuti perpetui quandocumque facientis unquam comprehendendi, aut comprehensas censeri, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanaverint, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac etiam de novo sub quacumque posteriori data per vos, vestrumve quemlibet eligenda concessas intelligi, ac ab omnibus & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter, & inconcussè observari, & adimpleri, sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Iudices, Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditoris, S. M. E. prædictæ Cardinales etiam de latere Legatos, & dicte S. Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præminencia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & inter-

Ordinando a qualunque Giudice, Delegato Apostolico, Nunzi Apostolici di non ingerirsi, anzi dare tutta la mano all' esecuzione di questa Bolla.

pre-

pretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Militiæ, aliisque quibuscumque juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis eidem Militiæ, illiusque Fratribus, & personis quibuscumque, etiam primioribus, seu primis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque derogationum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, & insolitis clausulis, ac decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine pluribus, & consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluries quotiescumque vicibus concessis, confirmatis, approbatis, iteratis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqui alia exquisita forma habenda foret, tenores hujusmodi præsentibus, pro pleno, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXIV. Octobris MDCLXXXIX. Pontificatus nostri anno nono.

C L E M E N S E P I S C O P U S

S E R V U S S E R V O R U M D E I

Ad perpetuam rei memoriam.

Militantis Ecclesiæ regimine nullo licet meritorum nostrorum suffragio per ineffabilem Divinæ bonitatis abundantiam, præfidentes ad ea potissimum, quæ Militarium Ordinum, maximo Christianæ Reipublicæ bono antea dictis temporibus institutorum decus, & incrementa respiciunt, quæque in Orthodoxæ Fidei, Divinique cultus amplificationem cessura esse noscuntur, vigilantia nostræ curas libenter convertimus, nostrique Apostolici officii partes propensa benignitate desuper interponimus, prout piam Catholicorum Principum vota postulant, & nos prudenti consultatione adhibita cognoscimus in Domino salubriter expedire: Sane alias postquam tunc in humanis agens Joannes Andreas Angelus Flavius Comnenus, dum vixit Princeps Macelonæ, ac Magnus Magister Militiæ Aureatæ Constantinianæ S. Georgii sub titulo, & Regula Sancti Basilii Magni, Familiæ suæ Angelæ Flaviæ Comnenæ solus superstes, ac tam liberis, quam spe illos procreandi jam destitutus, summopere cupiens in officio, seu munere Magni Magistri, seu perpetui Administratoris Militiæ prædictæ, quod longissimo tempore ab ejus progenitoribus continua, ac non interrupta serie obtentum, & possessum fuerat, dari sibi successorem prævalidum, cujus ope, ac virtute Militia præfata relevaretur, ac præservaretur a noxiis, necnon latioribus, benedicente Domino proficeret incrementis, ad personam dilecti Filii nobilis viri Francisci Farnesii Parmæ, & Placentiæ Ducis, egregiis naturæ, gratiaque Divinæ muneribus præfulgentem, mentis suæ oculis provide direxerat, juribusque sibi in hac re, quovis modo competentibus, seu quæ sibi competere existimaverat, utens, eidem Francisco Duci, ejusque successive natis, neporibus, & descendentibus, aliisque ipsius Francisci Ducis Familiæ Farnesiæ prædictæ successoribus Parmæ, & Placentiæ Ducibus, pro tempore existentibus, officium, seu munus prædictum, reservato tamen desuper Sedis Apostolicæ Beneplacito, resignaverat fel. rec. Innocentius Papa XII. prædecessor

Costituz. di Clemente XI. Sommo Pontefice spedita l'anno 1718. a favore dell'Ordine.

Si muove il Papa per il desiderio dell'aumento di quelli Ordini Militari, che riguardano il culto Divino, e la fede Cattolica.

Rammemora il tempo, in cui era Gr. Maestro dell'Ordine Costantiniano Gio: Andrea Angelo Flavio Comneno.

E la rinuncia, che detto Gran Maestro fece di tale suo ufficio a favore del Duca Francesco Farnese, e dei di lui Figli, nipoti, e discendenti, colla riserva del Beneplacito del Sommo Pontefice Innocenzo XII., il quale con effetto approvò, e confermò tale rinuncia.

cessor noster firmam in Domino spem concipiens dictum, cui præter generis splendorem, ac domestica majorum exempla Catholicæ Religionis zelus tuendæ, aliæque eximie, ac pio, prudentique Principe dignæ virtutes abunde suffragabantur, Militiæque prædictæ plurimum utilitatis allaturum esse, ac proinde felicibus ejusdem Militiæ, quæ, ut asserbatur, diversis privilegiis, gratiis, & indultis a quamplurimis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, tunc suis insignita fuerat progressibus. Opportune consulere volens supplicationibus tam Francisci Ducis; quam Joannis Andreæ Principis, & Magni Magistri, seu perpetui Administratoris prædictorum nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, ac etiam motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine resignationem dicti officii, seu muneris Magni Magistri, seu perpetui Administratoris Militiæ Aureatæ Constantinianæ prædictæ eidem Francisco Duci, ejusque successive natis, nepotibus, & descendantibus, aliisque ipsius Francisci Ducis Familiæ Farnesiæ prædictæ successoribus Parmæ, & Placentiæ Ducibus, pro tempore existentibus a præfato Joanne Andrea Principe, & Magno Magistro, seu perpetuo Administratore factam, ut præfertur, publicumque desuper confectum instrumentum, seu publicam desuper confectam scripturam, cum omnibus, & singulis in eis contentis sub certis modo, & forma tunc expressis, Apostolica auctoritate perpetuo confirmavit, & approbavit, & ad majorem, & abundantiorum cautelam, quatenus opus esset, ac etiam omni meliori modo, via, jure, & forma, quibus firmius, & validius facere poterat, eidem Francisco Duci, ac prædictis illius natis, nepotibus, & descendantibus, aliisque Familiæ suæ Farnesiæ hujusmodi successoribus Parmæ, & Placentiæ Ducibus, pro tempore existentibus, ordine successivo respectivè supradictum officium, seu munus Magni Magistri, seu perpetui Administratoris Militiæ Aureatæ Constantinianæ prædictæ, præmissis, vel alias certo, quam idem Innocentius prædecessor pro expresso haberi voluit, modo tunc vacans cum omnibus & singulis illius honoribus, juribus, præeminentiis, & prærogativis solitis, & consuetis, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, perpetuo concessit, & assignavit; necnon cum illis super receptionis in Fratres Milites

E per maggior cautela l' istesso Pontefice perpetuamente concessesse, ed assegnò lo stesso ufficio di Gran Maestro al detto Duca D. Francesco, ed a' suoi Figli, nipoti, & discendenti.

Contutti gli onori, Privilegi, & prerogative.

lites Militiæ prædictæ, ac susceptionis habitus, per eisdem Milites gestari soliti; necnon Professionis, per ipsos Milites emitti consuetæ Regularium, necnon servitiorum quorumlibet ab ejusdem Militiæ Statutis, seu stabilimentis præscriptorum, ac aliarum quarumvis per eadem Statuta, seu stabilimenta, ac privilegia, & indulta Apostolica ad obtinendum officium, seu munus hujusmodi, illiusque jurisdictionem, potestatem, præminentias; & prærogativas exercendum, quomodolibet requisitarum qualitaturn defectibus, cæterisque impedimentis quibuscumque in præmissis eidem Francisco Duci, ejusque natis, nepotibus, & descendantibus, aliisque ipsius Francisci Ducis Familiæ Farnesæ hujusmodi successoribus, Parmæ, & Placentiæ Ducibus, pro tempore existentibus, prædictis quomodolibet obstantibus, & quandocumque obstituris, seu quæ illis obstat, quovis modo prætendi, censerî, vel intelligi possent, ad præmissorum effectum, quatenus opus esset, semper, & omni tempore, quo casu hujusmodi eventurum foret de specialis dono gratiæ dispensavit, & aliâ disposuit, prout in ejusdem Innocentii prædecessoris literis, in forma Brevis die 24. Octobris 1699. expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur. Cum autem sicut accepimus Franciscus Dux, ac Magnus Magister, seu perpetuus Administrator præfatus, ut Christianum decebat Principem, susceptique officii, seu muneris ratio ab ipso postulabat ad instaurandam Militiam hujusmodi, ob varia præteritorum temporum infortunia fere collapsam, pio, strenuoque animo incumbens, nullis hæcenus pepercerit curis, laboribus, & sumptibus, ut illa ad pristinum honoris, ac dignitatis gradum restitueretur, & restituta ad Catholicam Religionem contra Infidelium insultus pro veteri suo Instituto propugnandam usui esse posset. In primis autem antiqua præfata Militiæ Statuta, seu stabilimenta renovari, meliori, quam olim inethodo, ac ordine disponi, præsentique temporis conditioni, ac rerum statui accommodari sedulo curaverit, quamplures insuper non tam generis nobilitate, quam animi robore, virtutumque merito præstantes viros, prævio maturo examine, in eandem Militiam adsciverit, ac demum cum implacabiles Christiani nominis hostes Turcæ in sua feritate confidentes, Catholicorum Principum, ac præsertim Venetæ Reipublicæ dominia nefario

C c

bello

Il qual Duca fece rinovare gli antichi Statuti dell'Ordine, con un miglior metodo.

bello vexare coeperunt, idein Franciscus Dux, & Magnus Magister, seu perpetuus Administrator, avitæ pietatis stimulis incitatus, duo peditum millia, in sexdecim Cohortes distributa, non sine gravi sui Ducalis aerarii dispendio, alacri tamen, promptoque animo, suis sumptibus conscripserit, ac eorum Regimini antedictos Milites, sub ejusdem Militiæ vexillo præfegerit, illaque sic conscripta, omnibusque necessariis instructa in Venetorum opem, atque subsidium ad Dalmatiæ partes transfuderit, firma spe, fiduciaque conceptis, quod iidem Milites, dirigente Domino, fideles eorum gressus, non tam Venetis ipsis, quam universæ Christianæ Reipublicæ, ad propulsandos Barbarorum conatus, non modico futuri essent adjumento. Tameñ vero omnia, & singula præmissa, hucusque gesta, & laudabiliter constituta, prædictæ Militiæ decori, & stabilitati longe suffectura dignoscantur, nihilominus dictus Franciscus Dux, & Magnus Magister, seu perpetuus Administrator feliciori adhuc ejusdem Militiæ statui, conservacioni, & incremento, necnon prædictorum Militum utilitati, & subventioni consultum esse plurimum cupiat, proindeque nobis exponi fecerit, quod Militia præfata certa Ecclesia, certaque Sede Conventualibus, in quibus Milites Divina Officia, aliaque Ecclesiasticas functiones, juxta eorum Regulare Institutum, pro tempore celebranda, celebrare, & conventualiter, ad instar aliarum Militiarum, hujusmodi vivere respective possint, annuique redditibus, & Commendis ad id necessariis, ob superiorum temporum calamitates destituta reperitur; quodque si sine cura Ecclesia Beatæ Mariæ della Steccata nuncupatæ Parmensis, quæ minime collativa existit, ac pro tempore existentis Parmæ, & Placentiæ Ducis patrocinio subest, necnon a quadam Congregatione Clericorum, & Laicorum a præfato Duce eligi, & deputari solitorum regitur, & gubernatur, ac a 25. Clericis, seu Presbyteris in cantu Gregoriano approbatis, & apud eum personaliter residentibus, ad nutum ejusdem pro tempore existentis Parmæ, & Placentiæ Ducis amovibilibus, cum congrua mensuræ mercedis, seu mensui salarii assignatione in Divinis deservitur, & in qua nonnulla perpetua simplicia, personaliumque residentiam non requirunt beneficia Ecclesiastica, quorum duo de jurepatronatus ejusdem Congregationis; reliqua vero pro majori parte similiter de jurepatronatus laicorum

Al detto Pontefice Clemente XI. espose il Duca, che bramava per aumento dell'Ordine assegnargli la Chiesa della Beata Vergine della Steccata, del Padronato del Duca di Parma, e Piacenza, acciò potesse servire per Chiesa, e Convento de' suoi Cavalieri.

Con tutte le annuali rendite.

In cui trovavansi eretti alcuni Beneficj semplici, e di Padronato de' Laici.

rum ex fundatione , vel dotatione existere dicuntur fundata , reperiuntur in Ecclesiam Conventualem , & certam Sedem prædictæ Militiæ , totiusque Ordinis Militaris hujusmodi Caput , ad quod ob illius Edificii elegantem structuram , amplitudinem , celebrem ornatum , & divitem Sacrarum Suppellectilium copiam , satis apta esse dignoscitur , perpetuo erigeretur , ac in ea unus Magnus Prioratus pro uno Presbytero Milite ejusdem Militiæ , quia nunc , & pro tempore existente ejusdem Militiæ Magno Magistro , seu perpetuo Administratore eligi , ac eidem Ecclesiæ , dictæque Militiæ militibus , ac aliis ejusdem Ecclesiæ Ministris , ac Cappellanis eidem Ecclesiæ inservientibus , cum titulo , ac denominatione Magni Prioris præesse , illorumque Præses , ac Prælati esse deberet , perpetuo itidem erigeretur , & institueretur : Necnon Pia Domus de Misericordia nuncupata *nella Terra di Corte Maggiore* Placentinæ Diocesis , Provincie Bononiensis , quæ pariter minime collativa existit , nullique ad vitam , seu in administrationem concedi consuevit , quæque alias a quondam tunc in humanis agente Rolando Marchione Pallavicino , dum vixit , Domino in temporalibus dictæ Terræ fundata , ac deinde a rec. mem. Alexandro Papa VI. , etiam prædecessore nostro , prævia ejusmodi foundationis amplissima confirmatione a quacumque Ordinarii loci jurisdictione perpetuo exempta , illaque sic exempta eidem Rolando , ejusque successoribus Dominis in temporalibus dictæ Terræ , pro tempore existentibus subiecta fuit , ac nunc ad Franciscum Ducem , ac Magnum Magistrum , seu perpetuum Administratorem prædictum , uti legitimum successorem præfati Rolandi spectat , & pertinet , ac per nonnullos homines Universitatis dictæ Terræ ab ipsomet Francisco Duce , cui de annuis redditibus ejusdem Pizæ Domus , illorumque administratione , singulis annis iidem homines rationem reddere tenentur , pro tempore nominatos , & deputatos regi , & gubernari solet , eidem Militiæ etiam perpetuo concederetur : ac insuper omnia & singula respectiva Bona , Res , Proprietates , ac jura quæcumque ad præfatam Ecclesiam sic erigendam , ac præfatam Domum Piam sic concedendam , quomodolibet respectiva spectantia , & pertinentia , illorumque omnes , & singuli fructus , redditus , & proventus , qui deductis omnibus , & singulis Ecclesiæ , ac Domus Pizæ præfatarum oneribus ad quingentos septuaginta duos ducatos auri de Ca-

La quale Chiesa bramava , che si destinasse per Chiesa Conventuale di detto Ordine ; dell'istanza poi un Gran Priore nobile Sacerdote , ed altri Sacerdoti , e Ministri.

E di più un'altra Chiesa chiamata della Misericordia , eretta nella Terra di Corte Maggiore nella Diocesi di Piacenza , parimente di Padronato del Duca di Parma.

La quale parimente bramava , che si concedesse al detto Ordine Constantiniano con tutte le sue rendite.

Clemente XI. nel
tempo ch'egli era
Cardinale fu Pro-
tettore dell'Ordi-
ne.

Affolve tutti i
Cavalieri dell'Or-
dine col Gran
Maestro da ogni
Censura, sospen-
sione, ed inter-
detto.

mera circiter annuatim, ut asseritur, ascendunt, eidem Militiæ in congruam pro tempore existens Magni Prioris Magni Prioratus, ut præfertur, erigendi hujusmodi, necnon in dotem nonnullarum Præceptoriarum, seu Commendarum ejusdem Militiæ similiter, ut infra erigendarum, perpetuo applicarentur, & assignarentur, aliæque infra scripta per nos benigne concederentur, ex his omnibus, & singulis Militia præfata validius suæ stabilitatis fundamentum, ac Divinus cultus in dicta Ecclesia non modicum susceperent incrementum, ac Milites ipsi ad Christianas excolendas virtutes, solidamque sui Ordinis gloriam promovendam, proposito eis præmio vehementius inflammarentur. Nos qui Militiam hujusmodi, cujus dum Cardinalatus fugebamus honore, Protectoris munus sustinimus, sincero paternæ charitatis affectu semper prosecuti fuimus, impensius prosequimur, summopere gaudentes, quod illa sub Francisci Ducis, ac Magni Magistri, seu perpetui Administratoris prædicti auspiciis ad pristinum honoris, & dignitatis locum, benedicente Domino, resurgere jam cœperit, ac proinde eundem Franciscum Ducem novis gratiarum muneribus decorare, ejusque pium, ac laudabile propositum, quantum cum Domino possumus confovere; necnon ipsam Militiam, ut felicioribus in dies lætari possit incrementis, opportunæ subventionis ope juvare, ac fulcire volentes, ipsumque Franciscum Ducem, ac Magnum Magistrum, seu perpetuum Administratorem, ejusdemque Militiæ, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, censentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine ad uberiores cautelam, ac etiam quatenus opus sit omni, & quocumque potiori, & meliori modo, ac forma, quibus firmitus, & validius a nobis fieri possit, ac valeat, eidem Francisco Duci, & Magno Magistro, seu perpetuo Administratori, ac præfatis ejus natis, nepotibus, & descendantibus, aliisque Familiæ suæ Farnesiæ successoribus Parmæ, & Placentiæ Ducibus, pro tempore existentibus, successivo respectivo ordine, præfatum officium, seu munus Magni

gni Magistri, seu perpetui Administratoris Militiæ præfatæ per eundem Franciscum Ducem, ut præfertur obtentum, & hucusque præclare gestum, ac exercitum, cum omnibus, & singulis illius honoribus, juribus, præminentis, aliisque gratiis sibi, ac Familiæ suæ Farnesiæ descendantibus, & successoribus prædictis a præfato Innocentio prædecessore, ob eximiam suorum, & Familiæ suæ Farnesiæ prædictæ meritorum celsitudinem, ut præfertur, concessis, tenore præsentium perpetuo iterum concedimus, & signamus, omniaque, & singula eidem Francisco Duci, & Magno Magistro, seu perpetuo Administratori, ac Familiæ suæ Farnesiæ descendantibus, & successoribus prædictis super libero exercitio officii, seu muneris hujusmodi ab eodem Innocentio prædecessore concessa, etiam perpetuo harum serie approbamus, & confirmamus, dictumque Franciscum Ducem, & Magnum Magistrum, seu perpetuum Administratorem, ejusque Familiæ Farnesiæ descendentes, & successores præfatos in omnibus, & singulis juribus, quæ dicto Joanni Andree, ejusque Familiæ Angelæ Flaviæ Comnenæ, si tempore resignationis ab ipso Joanne Andrea eidem Francisco Duci, ut præfertur, factæ, & per eundem Innocentium prædecessorem, etiam ut præfertur, confirmatæ, & approbatæ extitissent ad dictum officium, seu munus Magni Magistri, seu perpetui Administratoris, quomodolibet competeabant, seu competere poterant, etsi dictus Joannes Andreas officium, seu munus hujusmodi non resignasset, ipsiusque Familia Angela Flavia Comnena prædicta extincta non fuisset, quomodocumque competere, & competere possent, gratiose, ac plenarie subrogamus, & subrogatos esse volumus, & declaramus, necnon Militiam Auream Constantinianam prædictam ab eodem Francisco Duce, & Magno Magistro, seu perpetuo Administratore, ut præfertur, instauratam, ac fere de novo erectam, & institutam dicta Apostolica autoritate approbantes, & confirmantes eundem Franciscum Ducem, & ab illius Familia Farnesia descendentem, qui Parmæ, & Placentiæ Dux pro tempore extiterit, ordine præfato, Magistrum Magnum, seu perpetuum Administratorem ejusdem Militiæ, perinde ac si ab ipso Francisco Duce vere de novo erecta, & instituta fuisset cum honoribus, prærogativis, & facultatibus, quibus alii aliarum Militiarum hujusmodi Apostolica auctoritate confirmatarum

Ma-

Siene l'erezione
della Chiesa della
Steccata in Chiesa
Conventuale
dell'Ordine.

Magni Magistri cum suis Militibus quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, absque ullo prorsus discrimine, & sine aliquo antiquorum jurium præjudicio, sed nova jura antiquis cumulando, eaque conservando perpetuo constituimus, & deputamus: Ac Ecclesiam Beatæ Mariæ della Steccata nuncupatæ præfatam, præviis in ea omnis cujuscumque status, & essentiae sæcularis, non tamen quoad beneficia in ea jam, ut præfertur, fundata, ac de dicto jurepatronatus laicorum, ut præfertur, existentia, quæ illæsa, & in eorum primæva natura sæculari, excepto tamen jure in eis instituendi Clericos sæculares ad illa pro tempore existentibus patronis præsentandos, quod nos Magno Priori præfato pro tempore existenti concedere, ut infra, & assignare intendimus, remaneant, extinctione, necnon ejusdem Ecclesiæ Beatæ Mariæ della Steccata nuncupatæ Regiminis, & Gubernii a Congregatione prædicta, a quo ut præfertur, regi, gubernari usque nunc consuevit, abdicatione, ac prædictorum viginti quinque Clericorum, seu Presbyterorum sæcularium præfatorum, a quibus eadem Ecclesiæ Beatæ Mariæ della Steccata nuncupatæ nunc, ut præfertur, in Divinis deservitur, amotione in certam Ecclesiam, certamque prædictæ Militiæ Aureatæ Constantinianæ Sedem Collegialem, seu Conventualem, quæ Caput aliarum Ecclesiarum Militiæ hujusmodi in posterum erigendarum existat, ac omnibus, & singulis privilegiis, indultis, favoribus, exemptionibus, libertatibus, jurisdictionibus, auctoritatibus, facultatibus, & gratiis, quibus aliæ similes Ecclesiæ Militiarum Capita quomodolibet gaudent, utuntur, fruuntur, & potiuntur, seu gaudere, uti, frui, & potiri debent, perpetuo gaudeat, utatur, fruatur, ac potiatur, necnon a viginti quinque Clericis, seu Presbyteris idoneis a nunc, & pro tempore existente dictæ Militiæ Magno Magistro, seu perpetuo Administratore eligendis, & ad sui placitum amovendis, aliisque, toties quories casus evenerit subrogandis, & ab eo insigni Crucis ejusdem Militiæ, juxta illius statuta, seu stabilimenta donandis, qui apud dictam Ecclesiam Beatæ Mariæ della Steccata nuncupatæ personaliter residere teneantur, cum congrua illius mensuarii salarii, quod viginti quinque Clericis, seu Presbyteris sæcularibus, ut præfertur amotis, antea assignari consueverat, assignatione in Divinis Collegialiter, seu Conventualiter deserviri debeat,

debeat , ubi Milites prædicti nunc , & pro tempore existentes Divina Officia , aliasque Ecclesiasticas functiones ab eis , juxta laudabilia ejusdem Militiæ instituta , & consuetudines celebrari solita , ac debita celebrare libere & licite valeant , eadem Apostolica auctoritate perpetuo erigimus , & instituimus . Ac ut in eadem Ecclesia Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ Divinum servitium , & Milites prædicti in spiritualibus exacte , pieque dirigantur , in ea unum Magnum Prioratum pro uno Presbytero idoneo , Milite ejusdem Militiæ expresse Professo futuro ejusdem Magni Prioratus Magno Priore , ac a nunc , & pro tempore existente prædictæ Militiæ Magno Magistro , seu perpetuo Administratore ad dictum Magnum Prioratum , dum illum quandocumque , quomodocumque , ubicumque , & ex cujusvis Persona , ac etiam a primæva illius erectione per præsentem facienda vacare contigerit , eligendo , & in Magnum Priorem dicti Magni Prioratus præficiendo , qui Ecclesiæ Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ prædictæ , illiusque Cappellano-
~~rum Insigni Crucis , ut præfertur , donandorum , aliorum-~~
que Ministrorum prædictæ Ecclesiæ Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ pro tempore inservientium Caput , Præses , ac Prælatus existat , eique , ac Militibus prædictis in spiritualibus , cum Indultis , Gratiis , Antelationibus , Præeminentiis , ac annuis redditibus eidem futuro Magno Priori pro ejus congrua sustentatione , ut infra concedendis , & assignandis præesse , illorumque Præses , ac Prælatus esse , ac eorum Spirituali directioni incumbere debeat , Apostolica auctoritate præfata similiter perpetuo erigimus , & instituimus . Ac Domum Piam de Misericordia nuncupatam prædictam in Terra *de Corte Maggiore* Placentinæ Diocesis dictæ Provinciæ , quæ , ut præfertur , minime collativa existit , nullique ad vitam committi , minusque in administrationem concedi consuevit , & ad dictum Franciscum Ducem , ut præfertur , nunc spectat , & pertinet , prævia similiter illius gubernii , & administrationis ab hominibus Universitatis prædictæ Terræ abdicatione cum omnibus & singulis illius ædificiis , membris , ædibus , aliisque pertinentiis , necnon bonis , juribus , ac redditibus , ut infra applicandis , appropriandis , & erogandis eidem Ecclesiæ Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ in Collegialem , seu Conventualem dictæ Militiæ Ecclesiam , ut præfertur erectæ , omnino subjicimus , eamque
si sub-

Erezione del Gran Priorato in detta Chiesa .

Si assegna parimente all' Ordine la Chiesa chiamata della Misericordia , la quale rimane soggetta alla Chiesa della Steccata .

si subjectam eidem Militiæ, illiusque Magno Magistro, seu perpetuo Administratori, ac Militibus nunc, & pro tempore existentibus cum pleno, & libero illius Edificiorum, Bonorum, ac jurium quorumcumque prædictorum respectivè usu, & dominio, motu simili, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, de consensu prædicti Francisci Ducis, etiam perpetuo concedimus, & assignamus Ecclesiæ vero Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ in Collegialem, seu Conventualem Ecclesiam dictæ Militiæ, ut præfertur, erectæ, ac Domus Piæ prædictarum eidem Militiæ illius Magno Magistro, seu perpetuo Administratori, ac Militibus nunc, & pro tempore existentibus prædictis respectivè, ut præfertur, concessarum, & assignatarum Prædia, Proprietates, Fundos, Censuum, aliaque jura, & bona universa, in quibusvis rebus, & ubicumque consistentibus, & undecumque provenientia, ac quomodolibet, & quovis nomine nuncupata, prævia illorum, quatenus opus sit, ab Ecclesia Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ in Collegialem, seu Conventualem prædictæ Militiæ Ecclesiam, ut præfertur erectæ, & Domo Pia prædictis opportuna dismembratione; ita quod liceat Militiæ prædictæ, illiusque modernis Magno Magistro, seu perpetuo Administratori, ac Militibus hujusmodi per se ipsos, vel alios eorum, & præscriptæ Militiæ nominibus realem, corporalem, & actualem proprietatem rerum, prædiorum, censuum, aliorumque jurium, & bonorum universorum respectivè prædictorum possessionem, cujusve licentia desuper minime requisita, propria auctoritate libere apprehendere, & apprehensam perpetuo retinere; necnon omnes & singulos fructus, redditus, proventus, & obventiones, ac emolumenta quæcumque ex eis respectivè quomodolibet provenientia, quæ omnia insimul deductis omnibus & singulis Ecclesiæ Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ in Collegialem, seu Conventualem dictæ Militiæ Ecclesiam, ut præfertur, erectæ, ac Domus Piæ prædictarum respectivè oneribus ad prædictam summam quingentorum septuaginta duorum ducatorum auri de Camera hujusmodi circiter annuatim, ut præfertur, ascendunt, quæ omnia & singula respectivè onera prædicta integre, & absque ulla prorsus illorum diminutione, quantumvis minime semper & perpetuo supportari, & adimpleri, necnon omnia & singula Jurapatronatus Beneficio-

rum

Con condizione,
che si adempiano
i pesi delle dette
Chiese intiera-
mente come pri-
ma.

rum in prædicta Ecclesia Beatæ Mariæ della Steccata nuncupata in Collegialem, seu Conventualem prædictæ Militiæ Ecclesiam, ut præfertur, erecta, jam fundatorum, semper, & perpetuo conservari, ac penitus illæsa remanere, illaque ad eorum respectivè Patronos nunc, & pro tempore existentes, ut prius spectare, & pertinere debere volumus, atque decernimus per unam ejusdem Militiæ Militum ab illius nunc, & pro tempore existente Magno Magistro, seu perpetuo Administratore eligendorum, & deputandorum, ejusque arbitrio removendorum, congregationem noviter deputandam, ad quam juspatronatus, quod antehac in duobus ex prædictis beneficiis in prædicta Ecclesia Beatæ Mariæ della Steccata nuncupatæ in Collegialem, seu Conventualem prædictæ Militiæ Ecclesiam, ut præfertur, fundatis ad primodiectam Congregationem quomodolibet spectabat, & pertinebat, in posterum perinde ac si ab illorum respectivè primæva fundatione, vel dotatione, secundo dictæ Congregationi reservatum fuisset, spectet, & pertineat, ac spectare, & pertinere debeat, & censeatur integre, plenarie, ac libere administrari debere. Ita quod secundo dictæ Congregationi de novo, ut præfertur, deputandæ liceat omnia, & singula ad Ecclesiam Beatæ Mariæ della Steccata nuncupatæ in Collegialem, seu Conventualem prædictæ Militiæ Ecclesiam, ut præfertur, erectam, & Domum Piam præfatas quomodolibet respectivè pertinentia prædia, census, bona, & jura universa perpetuo regere, & gubernare, eorumque fructus, redditus, & proventus quoscumque percipere, exigere, levare, dislocare, & arrendare: Cum hoc tamen, quod ex annuis fructibus, redditibus, & proventibus hujusmodi eadem secundo dicta Congregatio omnia, & singula Ecclesiæ, & Domus Piæ prædictarum respectivè onera juxta illarum fundationis, aliarumque piarum dispositionum legem annuatim supportanda, ac adimplenda, supportare, & plenarie adimplere, ipsamque Ecclesiam, illiusque Sacristiam de suppellectilibus, aliisque rebus ad cultum Divinum necessariis manutenere, ut prius, debeat: Eos autem, qui supererunt, annuos fructus, redditus, & proventus prædictos pro rata annua centum septuaginta duorum ducatorum auri, similium in congrua dicti Magni Prioris Magnum Prioratum hujusmodi pro tempore obtinentis sustentationem, reliquos vero quadringentos ducatos

D d

auri

Si assegna la congrua al Gran Priore, e del rimanente delle rendite si debbono erigere alcune Comende per i Cavalieri. a piacere del Gran Maestro,

auri de Camera hujusmodi in annum, tot Commendarum dictæ Militiæ, pro tot ejusdem Militiæ Militibus juxta provi-
dam nunc, & pro tempore existentis Magni Magistri, seu
perpetui Administratoris prædicti dispositionem, ac ejus arbi-
trio erigendarum, & assignandarum stipendium perpetuo con-
vertere, & erogare libere, & licite valeat, similiter volumus,
decernimus, & declaramus. Ac insuper eidem Francisco Du-
ci, & Magno Magistro, seu perpetuo Administratori, ejusque
in hujusmodi officio, seu munere successoribus prædictis, quod
prædictas, aliasque Commendas, Cappellas, aut Ecclesias ejus-
dem Militiæ perpetuo erigere, & instituere, dictæque Militiæ
perpetuo incorporare, applicare, & appropriare, & Commen-
darum Fundatoribus, ac Dotatoribus jus patronatus, & præ-
sentandi Militiæ, ejusque Magno Magistro, seu perpetuo Ad-
ministratori pro tempore esistenti, vel ejus Deputato personas
idoneas ad Commendas hujusmodi pro tempore vacantes, et-
iam concedere, & reservare, & sic a Patronis præsentatis, ju-
xta stabilimenta dictæ Militiæ a nobis suis loco, & tempore
approbanda, nostraque Apostolica auctoritate confirmanda,
Ordinariorum locorum, & quorumvis aliorum consensu desu-
per minime requisito in ipsis Commendis instituere, ac alias
illas conferre, & de eis providere possit; Ita tamen ut quoad
beneficia Ecclesiastica in dicta Ecclesia Beatæ Mariæ della *Sco-
cata* nuncupatæ in Collegialem, seu Conventualem prædictæ
Militiæ Ecclesiam, ut præfertur, fundata, quorum duo de ju-
repatronatus secundo dictæ Congregationis, reliqua vero pro
parte majori similiter de jurepatronatus Laicorum ex funda-
tione, vel dotatione, ut præfertur, existunt, ac etiam quoad
alia pariter Ecclesiastica beneficia, quæ in eadem, vel aliis
prædictæ Militiæ Ecclesiis de cetero erigi, ac fundari contige-
rit; idem Magnus Magister, seu perpetuus Administrator nullo
modo se ingerere valeat, sed quotiescumque beneficia hujus-
modi pro tempore vacaverint, illorum Patroni Magno Prio-
ri, nunc, & pro tempore esistenti personas idoneas ad bene-
ficia hujusmodi nominare, & præsentare, eademque personæ
sic nominatæ, ac præsentatæ ab eodem Magno Priore Cano-
nicam institutionem in eisdem beneficiis reportare debeant, &
teneantur, motu simili, ac ex certa scientia, deque Apostoli-
cæ potestatis plenitudine perpetuo concedimus, & indulgemus.

Præ-

Concede la facoltà al Gran Maestro d'istituire altre Commende, Cappelle, e Chiese, e di farne da altri fondare, di Patronato dell'istitutore, ed incorporarle perpetuamente all'Ordine senza neppure il consenso dell'Ordinario, o di chieffesia altro, col diritto al Fondatore di presentare al Gran Maestro, o di lui Deputato Persone idonee, per poterli in tempo di vacanza concedere tali Commende.

Le Commende, le Cappelle, e le Chiese dell'Ordine, così erette, come erigende, coi loro rispettivi beni, e rendite; ed altresì tutti gl'individui dell'Ordine, anche quei insigniti di carattere Chericale, o costituiti negli Ordini Sacri, in qualunque luogo ora esistono, o faranno in avvenire per essere, ancorchè

Præterea Ecclesiam Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ, in Collegialem, seu Conventualem dictæ Militiæ Ecclesiam, ut præfertur, erectam, & Domum Piam prædictas, necnon Commendas, Cappellas, & Ecclesias quascumque prædictæ Militiæ tam hæcenus erectas, quam in posterum, ut præfertur erigendas, illarumque omnia, & singula respectiue bona, redditus, & proventus quoscumque, ac insuper omnes, & singulos ejusdem Militiæ Milites, etiam Clericali charactere insignitos, aut in aliquo ex Sacris Ordinibus constitutos, ubicumque nunc existentes, ac de cætero extituros, necnon eos omnes etiam Cruce hujusmodi Militiæ non insignitos, qui prædictæ Ecclesiæ Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ in Collegialem, seu Conventualem dictæ Militiæ Ecclesiam, ut præfertur, erecta, actu inservient, ac intra ejus septa, & domum residébunt, & sub Magni Prioris prædicti obedientia vivent, ab omni jurisdictione, superioritate, visitatione, dominio, & potestate quorumvis Episcoporum, aliorumque locorum Ordinariorum similiter perpetuo, penitus, & omnino, etiam in habitu amplissime eximimus, & liberamus, illaque, ac illos respectiue dicti Francisci Ducis, & Magni Magistri, seu perpetui Administratoris, ejusque, & qui pro tempore extiterint in munere hujusmodi successorum jurisdictioni, visitationi, & correctioni in spiritualibus, & temporalibus immediate pleno jure, ac in totum subijcimus, & supponimus: Declarantes tamen, ac decernentes, quod idem Magnus Magister, seu perpetuus Administrator pro tempore existens, in causis tam civilibus, quam criminalibus, vel mixtis Militum quorumcumque, necnon Ministrorum, aliorumque prædictæ Ecclesiæ Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ in Collegialem, seu Conventualem dictæ Militiæ Ecclesiam, ut præfertur, erectæ inservientium, qui Clericali charactere prædicto insigniti, aut in aliquo ex Sacris Ordinibus constituti, ut præfertur, respectiue fuerint, nullo modo se immiscere possit, nec debeat, sed ejusmodi causas quotiescumque, ac ubicumque casus evenerit, cognoscendas, committere, ac delegare teneatur Magno Priori prædicto, vel aliis personis, præfato tamen Clericali charactere insignitis, seu in aliquo ex Sacris Ordinibus prædictis, & in Ecclesiastica dignitate constitutis, ejusdem Magni Magistri, seu perpetui Administratoris arbitrio eligendis, & non alias, ita quod locorum

non insigniti della Croce, sono esenti dalla visita, e giurisdizione di tutti i Vescovi, ma sottoposti tanto nello spirituale, quanto nel temporale al solo G. Maestro.

Le cause civili, criminali, e miste degli Ecclesiastici si devono commettere al G. Priore della detta Chiesa, o altro Ecclesiastico, a disposizione del Gran Maestro.

Ordinarii, alique omnes, & singuli prædicti nullam in Com-
 mendas, Cappellas, & Ecclesias prædictas, earumque bona,
 redditus, & proventus, necnon in Milites, aliasque personas
 prædictas respectiue jurisdictionem, superioritatem, dominium,
 vel potestatem, etiam ratione cuiuscumque contractus, necnon
 cuiusvis generis delicti, etiam turbatæ jurisdictionis, vel alter-
 rius etiam gravioris speciei, & speciale mentionem requiren-
 tis, vel alterius rei ubicumque locorum ineatur contractus,
 committatur delictum, & res ipsa consistat, exercere valeant,
 sed Milites, ac alii omnes huiusmodi coram Magno Magistro,
 seu perpetuo Administratore nunc, & pro tempore existente
 prædicto, tamquam proprio eorum Ordinario, aut aliis Cle-
 ricali charactere prædicto insignitis, seu in aliquo ex Sacris
 Ordinibus prædictis, & in Ecclesiastica dignitate constitutis ab
 eodem Magno Magistro, seu perpetuo Administratore, ut su-
 pra deputandis personis respectiue omnino privative quoad Or-
 dinarios locorum, aliosque omnes & singulos prædictos in om-
 ni, & quocumque casu respondere debeant. Decernentes
 quoscumque processum contra illos, vel eorum aliquem per
 ipsos locorum Ordinarios, vel illorum Vicarios, seu quosvis
 alios prædictos, etiam in casu negligentiae Magni Magistri,
 seu perpetui Administratoris, vel Magni Prioris prædictorum
 pro tempore factos, necnon similiter quaslibet etiam excom-
 municationis, vel suspensionis, aliasque sententias promulgatas,
 nullas, & invalidas, nulliusque roboris, vel momenti fore,
 non obstante quoad omnia prædicta, etiam in alterius, quam
 Magni Magistri, seu perpetui Administratoris, ejusque Depu-
 rat, vel Magni Prioris prædictarum jurisdictionum quomo-
 dolibet per Milites, aliasque Personas huiusmodi præstando
 consensu, quem non valere, nec attendi debere similiter decer-
 nimus, & declaramus. Ac insuper, ut Divinus cultus in dicta Ec-
 clesia Beatæ Mariæ della Steccata nuncupatæ, in Collegialem,
 seu Conventualem dictæ Militiæ Ecclesiam, ut præfertur, ere-
 cta, decentius, & honorificentius peragatur, debitisque futurus
 Magnus Prior prædictus præfulgeat insigniis, eidem Magno
 Priori concedimus, ut ipse, illiusque successores Magnum Prio-
 ratum, per præsentem erectum huiusmodi pro tempore obtinen-
 tes Mozzettam laneam, sive ex Cammellotto violacei coloris
 cum suo Cappuccio, ac Rocchettum, ad instar aliorum Præ-
 lato-

Si dichiarano nul-
 le, ed invalide
 tutte le sentenze,
 anche di scomu-
 nica, e sospensio-
 ne, promulgate
 dagli Ordinari de'
 luoghi, malgrado
 il consenso del so-
 speso, o scomu-
 nicato individuo
 dell'Ordine, che
 non deve atten-
 derli in pregiudi-
 zio della giurisd-
 zione del Gran
 Maestro, del di
 lui Deputato, o
 Gran Priore.

Si stabilisce in
 qual modo debba
 essere l'Abito del
 Gran Priore, che
 può portare in
 presenza del Gr.
 Maestro, e quale
 nella di lui assen-
 za.

